

INSTITUTIONVM
PHARMACEUTICARVM
JOANNIS RENODÆI
LIBER SECUNDVS;
In quo de medicamentorum præparatione
agitur.

CAPVT I.

Medicamentis omnibus, ut alimentis, aliquam præpara-
tionem deberi.

NON modo medicamen-
tum compositum, an-
tequam ex multis ar-
te & industria simul
varius emergat, varia
præparatione eger,
sed etiam quod sua
sponte & naturaliter
tale est, ac simplex, ad usum humanos vix
refertur, apparatu quodam non immutatum.
Alimenta etiam, quibus vescimur, si
assassione, aut elixatione, aut alia præpara-
tione conuenienti careant, belluarum
magis, quam hominum videntur esse. Bonum
siquidem est & iumentorum feco ves-
ci & eruo, naturæ solius opera paratis; quæ-
que simul & eat, & apparati maris infecta
pisciculis, & piscibus pliciculis. At homi-
ni quasi ingrata tellus & male feriata, ne-
que vinum, neq; panem porrigit, sed me-
titoribus tantum post indefessos labores &

exspectationem longam, triticum pollice-
tur, quo solo multa cœli volatilia, quadru-
pedaque nutriuntur optime: homo vero
nequaquam, nisi ex eo aqua & fermento
conficiat panem. Homini enim non sufficit
idem cibus ac potus, ait summus Dictator,
lib. de veser. medicam. qui boni ac equo, &
omnibus aliis, velut sunt ex terra nascen-
tia, fructus, herbae, & frumentum, ex quibus a-
luntur & viuunt. Nam differt corpus
a corpore, natura a natura, alimentum
ab alimento, inquit idem lib. de flatibus.
Non enim omni animalium generi,
eadem aut non conferunt, aut commo-
da sunt, sed sunt alia aliis magis conve-
nientia.

Quæ vero nunc inuenta sunt edulia, Medicis pa-
multa arte sunt à Medicis excogitata, qui nescium do-
ex tritico cortice purgato, molito, cri- cuerunt.
brato, subacto & cotto panem conficer-
docuerunt.

INSTITUTIONVM

Si igitur esculenta, potulentaque hominis temperamento familiaria, preparatio ne quadam, ut assumentur, egent: multo magis medicamenta simplicia. De compositis enim dubium non est, cum talia esse non queant, nisi arte prius & preparatione multa condita fuerint ac concinnata.

Inter autem simplicia, quod catharticum appellatur, naturae nostra qualitatem aduersam habet, ac pene deleteriam [Aduar. cap. 7. lib. 3.] qua ratione tale est, & vincere, non vinci natum. *Habetque medicamenū omne purgās quidpiā ipsi vētriculō, & precipue stomacho infensō & ingratū.* Proinde ut noxia vis ab eo remoueatur, aut gratia quadam ipsi concilietur, preparatione & correctione, priusquam exhibeatur, eger, ut eius actio sit melior, & agro ipsi minus molesta. *Nihil n. à natura digni-
tate cura quandam preparationem.*

Præparantur autem medicamenta, ut vni & compositioni reddantur commodi oria: Ea enim vel gratiora, vel validiora, vel salubriora, vel magis milcibilia, ut loquitur Syluius, efficit præparatio. Sic vtrum radicibus & foliis lotis & coctis, non crudis, ut etiam pulueribus, infusionibus, succis, aquis stillatitiis, liquoribus, decoctis, non plantis integris. Sic medicamenti facultatem vnam noxiā tollimus, ut cum vipere virginis cæsa, ac capite & cauda abscissis, minus venenata redduntur; vel desideratam dregimus, ut cum sanguis hirci ad communiendum calculum redditur efficacior, si prius *saxifragis & lithospermo* educatus fuerit; vel nouam acquirimus, ut cum capram aut asinam *seammonio, esula, aut aliis* purgantibus herbis alimus, ut lac purgatorium facultatem nanciscatur.

C A P. II.

Depræparationum differentiis.

Preparati-
nestantum

OMNIS medicamentorum præparatio generaliter fit tribus modis *addi-
tione, detractione, & immutatione.*

*Additione tres genera-
ne, preparatur agaricus cum zinzibere & vi-
les, coriandrum cum aceto: caro viperarum
præmissis flagris cum pane & aniso. Detrac-
tione preparantur cantharides abscissis pe-
dibus & alis: hordeum detraictis glumis &
cortice: amygdale dum mundantur: radic-
es dum lauantur, purgantur, & illarum
meditullia nerua eximuntur. Immutatio-
ne, cum artificiosa quadam industria ipsum
medicamentum sic paratur, ut vis eius no-
xia ab eo remoueatur, vel melius ipsum aut
ad vtendum, aut ad componendum effi-
ciatur. Indiget vero xp̄e artificiosa ista
præparatio alius duobus modis, adiectione
scilicet eorum, quæ profund, & eorum de-
tractione, quæ obsunt. Sic additur *cistore-
um & crocus opio*, ut illius maleficia vis em-
detur: sic *cyaneus lapis* vritur, ut illius per-
eat purgatoria facultas antequam abeat in
confectionem Kermeticam.*

Præparationis autem medicamentorum artificiosæ quatuor modi magis particula-
res: Mesu traduntur, coctionem, lotio,
infusio & tritura; præter quos alii plu-
res traduntur à Medicis recentioribus, qui
Pharmacopœam excollerunt, ut lotio,
purgatio, infusio, humectatio, maceratio,
dissolutio, clarificatio, emollitio, colatio,
extractio, solutio, digestio, fermentatio,
tritura, puluerisatio, confricatio, rasio, li-
matura, fissio, coctio, calefactio, vstio, fri-
xio, assatio, liquatio, putrefactio, insolatio,
extinctio, refrigeratio, despumatio, exsic-
catio, induratio, destillatio, mixtio, farta-
ra, conseruatio, duratio. Generaliter tamē
humectatio, maceratio, dissolutio, emol-
litio, & quæ aqua vel humido quodam e-
mollientur, sub infusione solent compre-
hendit: puluerisatio, rasio, & quæ attritu-
lantur, sub tritura; calefactio, vstio, fri-
xio, & quæ igne aut calore parantur, sub
coctione: sicut infiniti pene præparatio-
num modi ad aliquot summa genera faci-
lius reducuntur.

Spagyricis frequentes sunt isti præpara-
tionū modi, calcinatio, digestio, fermēta-
tio,

*Quænuor
præparatio-
nes secundū
Mesuem.*

*Cohobatio
quid.*

tio, destillatio, circulatio, sublimatio, fixatio. Ad destillationem pertinet exaltatio, exhalatio, circulatio, cohobatio, rectificatio. Cohobationem vocant destillationem iteratam, qualis quorū destillatus denuo affunditur ad suum caput mortuum, & rursum destillatur.

Verum relictis præparationib. chymicis, quas sœpe præstat scire, quam experiri, medicamentorum solitus apparatus & principium Medicorum salutaria remedia persequamur, quibus secure, ac sine metu periculi, qui quis ad morborum depulsionem & sanitatis tutelam uti possit: cuiusmodi sunt ea, quæ à Pharmacopœia quotidie palam ac coram omnium oculis paratur: atque vel in rem praesentem, vel ad multum tempus in officinis conseruantur. Ex his n. pro rei exigentia necessitate, modo hæc, modo illa elegit Medicus, & quantum & quale huic vel illi morbo conueniat abigendo, prescribit. Non vero parat, neque præberet, sed fidus Pharmacopœus, qui propterea Medici manus vocatur. *Sic enim tutius est sanitatem & vitam duobus committere, quam uni, qui dum solus medicamenta prescribit, parat & præberet, ut ius habet vita & necis.. sic impune sœpe occidit.*

Quod cum sit impium, instituendus est Pharmacopœus, qui solito more medicina paret, & ad futuros usus conseruet.

Nolo tamen omnia Chymicorum remedia à Pharmacopolio alegare: multa n. sunt eximia virtutis ad plures effectus contumaces soluendos, sed quibus docti tantum debeat uti non ignari circulatores & agyrtæ vafri, quivix norunt antimonium calcinare & vitratum efficere, quin Galeno & Gebro doctiores se profiteantur.

Adrem igitur reuersus, varias esse dico medicamentorum præparations; quas ut ordine perficar, initium sumam à lotione: mox de his acturus, quæ interdum cum aqua etiam simpliciter fiunt, sœpe cū medicamentaria, vel alio succo aut liquore: Tum eos apparatus ostendā, qui cū, aut attritu & confricatione perficiuntur, Quar-

to, quo calor absoluīt, explicabo, quib. eos adiiciam, qui mixto modo peraguntur.

CAP. III.

De lotione.

Lotio medicamentorum ultimus est *Primus præparationis modus Sylvio*, quib. *dā parationis modus, & cur.*

Est autem lotio medicamentorum duplex, una superficiaria tantum, quæ fordes in superficie radicibus herbarum & aliorū medicamentorum simplicium inherentes detrahit: Estque communis etiam ceteris rebus, quæ luto, aut aliis inquinamentis conspurcat abluuntur. *Altera vero magis intima, quæ scilicet fit foris & intro. & per totam rei abluendā substantiam; Fitque ea medicamentorum preparatio in aqua vel alio liquore ad noxiā quandam qualitatem remouendā, vel utilem aliquam introducendā, prout morbus, vel ægrinatura, vel occasio postulat.*

Res autem abluenda vel dura est, solida, & lapidosa, qualis est testarum, ossium, lapidum, succorum concretorum, lacrymarum siccatorum, & metallorum; vel per se liquida, ut terebinthina, ut oleum; aut facile liquabilis, ut cera, pix, resina, butyrum; aut dissolubilis, ut calx, bolus armeniaca, harpagium.

Quæ dura sunt & solida, ante lotionem tenuissime puluerisanda sunt; aut vrenda, deinde terenda, si citra vſionem terti non queant, ut ebur, aut cornu: sicque humor aut liquor partem quamlibet attingit, abluit & purgat.

Quæ facile liquantur, ut cera, prius calfacienda sunt, ut liquata facilius cedant, & permeabilia fiant. Si per se prompte dissoluuntur, aqua vel succo quodam profundenda sunt, deinde lauanda. Si per se liquida sunt, talia sunt abluenda, qualia ipsa sunt.

E Liquor

Quæ potissimum medicamenta probanda.

Pharmaco-pœus Medicus manus.

Chymica remedia non negligenda.

Qui debeat uti chymicis remedii.

Lotio.

Infusio.

Trituratio.

In quibus
liqoribus
fuit lotio.

Imbutio
quid.

Quid effi-
ciat ablutio.
Aloe cur-
abluatur.

Metallica
vt abluen-
do.

Liquor autem, in quo fit lotio, aut aqua pura est, ut fontana, vel pluuialis; aut medicamentosa, qualis sulphurea, marina, bituminosa; vel aliis humor, ut lac, vinum, acetum, succus plantarum, aqua stillatitiae, & decocta simplicium medicaminum. Est vero lotio vel multa & fortis, vel pauca & leuis, vel mediocris. Res enim, quae lauantur ad sordium detractionem, vel fortiorer vel leuite ablui postulant, toties aqua mutata, donec pura remaneat, & omnis impuritas fuerit segregata & ciecta.

Quia vero medicamentosa liquore lauantur, ea in ipso per noctem aut horas aliquot residere debent, vt ex liquore maiores vim attrahat, aut malignam a se qualitatem magis abiiciant. Abusus tamen lotio dicitur Sylvio, cum sit potius infusio, aut maceratio, vel, ut ipse loquitur, imbutio. Liquor enim medicamento facultates vel non, vel raro adferit, sepius aufert, ut infuso rheo videamus, cuius vis purgatrix in succo, aut liquore remanet.

Medicamenta autem non tam lauantur, vt eorum facultas aboleantur, quam vt augeantur. Sic aloe lauantur, Mefuci iudicio, cum aqua specierum aromaticarum, vt magis roboret; & aliquando cum decocto purgante, vt alium magis subducat. Non tamen semper lauantur, vt eius purgatrix facultas intendatur, sed calor illius obtundatur, vt cum aqua endiuiae, vel cichoriis, aut simili abluitur, ne ictus illius vnu nimium exstinxerit; frequenter autem nutritur, quam lauantur.

Itaque lotio medicamentis vel adferit, vel aufert, effectusque non modo, vt fortes detergeantur, sed vt acrimonia quorundam hebescat, malignitas pereat, violencia obtundatur, & feliciter assumantur, vel admoueantur.

Metallica vt commode lauentur, debet tenuissime lxiugari, deinde in aquam puram, aut aliam medicam etosam immissa, totum diem in feruido sole ruditula commoueri, & per noctem residere: Mane vero aqua effunditur, & alia denuo affunditur,

atq; simul omnia, vt prius agitat, donec aqua tandem effusa pura remaneat ac limpida: hocq; pacto mordacitatem & acrimoniam, si quæ sit, deponit. Pompholix enim *Tutia lotio*, sic lota, mordacitatis omnis est expers, atque ob id ea vtimur ad tenues & acres fluxiones oculorum, ait Gal. c. 2, lib. 4. de comp. med. local. Id sentiendu de calcitide, mihi & pluribus aliis metallis, qua vista & lota acridinem multum remittunt, ut pluribus docet idem 4. compos. med. gener. cap. 2.

Veteres *cadmia* usitam lacte asinino mitigabant: Secundo & tertio vrebant & extinguebant, tum in mortario diutissime aqua affusa ducebant, siccata rursus bis aut ter in mortario cum aqua ducebant: Tandem siccabant, & ad vlcera oculorum siccanda, & arcendas fluxiones seruabant.

Cerusa sape in lacte lauantur, nonnunquam in aqua pluuii; & aliquando in stilatitia pro vario Medicis scopo.

Vulgus Pharmacorum *chalybis* scombem in acetato lauat, Arabum cōsilio; deinde siccata in latere calidi, vel ferente sole, siccata rursus ex acero terit, siccata vt ante: idque septies repetit. Iste tamen apparatus simplex non est lotio, sed multiplex præparationis modus. Laboriosus adhuc à Chymicis præparatur limatura ferri, quo suum Crocum martis efficiunt, de quo lib. 3. offic. pharmac. differimus.

Plumbum dicitur ablui, quando aqua pluuiia in mortario plūbeo tamdiu pistillo plumbeo agitat, ac dicitur, donec aqua instar limi cuiusdam nigricatis crassifacet: Tunc liuescens ille liquor colatur, exsiccatur, in pastillos formatur, & seruatur.

Adipem, & *medulla* liquantur, deinde percolantur, vt eximantur fibræ, venulae, & membranæ: Tum in aqua succussantur, quæ postea effunditur, & rursus alia affunditur, donec pura remaneat.

Iecoris lupi præparatio, illius lotio est & *Iecoris lupi* exsiccatio. Lauantur vino odorato simplici, præparatio sape & eo, in quo *absynthium* fuerit incoctum. Probe lotum exsiccatur in clibano, deinde cum *absynthio* siccó aut menta reconditur in loco siccó.

Aqui-

Cadmia ta-
tio & præpa-
ratio.

*Vlcerib. ocu-
lorum cad-
mia lota
conuenien-
tissima.*

*Cerusa lo-
tio.*

*Chalybis lo-
tio vulgari-*

*Plumbi lo-
tio.*

In testini lupi preparatio.

A quibusdam commendatur ad hepatis atoniam & imbecillitatem, illius tamē faporis & odoris insuauitas officit, & apud me vix cōmendatur, sed omnino reicitur.

Eodem modo lauatur & seruantur intestinum lupi, sed in aere tantum aquilonio exsiccatur. Laudatur à quibusdā proprietate speciali ad colicum dolorem, vt notaimus supra.

Olei lotio.

Oleum, dum in aqua lauatur, non est multum verberandum, ne aqua adeo miscetur, vt post ablutionem vix possit ab aqua separari, sed ita, vt paulisper quiesceret sive ruit, facile queas innatas detrahere, ait Galenus cap. 15. lib. 2. simpl.

Resinarum & picis lotione.

Resina, cera, pix liquantur primum ad lignem, deinde in aquam puram fontis demerguntur, ubi permutentur & expurgantur, ex Gal. c. 14 lib. 1. comp. med. gener. c. 18. lib. 9. de simpl. med. fac. c. 3. lib. 6. Meth.

Calcis ablutio.

Calx quoq; licet vehementer vrat, abulta tamen bis, terq; mordacitatis est expers, & neruo puncto exquisitissimo sensu predicto salubriter admouetur Melius non nulli septies vel etiam pluries aqua noua ablunt, & postea cogunt in offas, quae siccantur & seruantur.

Minutus autem singulas cuiusq; medicamenta preparationes inuestigare superfluum, ac lectori onerosum videretur: tum quia de his iam fusissime Sylvius egit: tum quia in officina nostra multas multorum medicamentorum lotiones, aliasque preparationes adiunximus, quae compositiones in illa descripta singuli reiuntur.

C A P. IV.

De purgatione medicamentorum.

OPTIONE quidem sordes permista medicamentis eluantur, sed parsillorum inutilis, aut superflua, vel noxia non repurgatur. Millies enim elotum hordeum vix decorticatur; neque alia semina à suis glumis & involucris, nec fructus à cute ac corticibus, aut nuces à putaminibus, neq;

adipes à suis membranis sola lotura repurgantur. Proinde *cromor hordei*, iussu Hippocratis, ab eo ipso prius mundato, seu cortice purgato eleitur. Et prudenter artis Pharmaceuticæ proceres semina quatuor frigida maiora in Catholicī descriptione à suis squamis polienda esse statuunt.

In vniuersum omnia pene medicamenta plus minus repurgantur detractione, *Radicum purgatio.*

que non tam lotione fit, quam sectione, ratione, fractione, aut alia quadam artificiosa manus industria. Sic radicum cortex exterior abraditur, aut capillamenta praescinduntur, aut medullum eximitur. Aliquando tamen medicamenta non quidē à cortice purgantur, sed cortex ab illorum partibus singulis tanquam superfluis vel inutilibus. Ex *cinnamomo* enim sola cortex multum expeditur, ex *zinziberi* radix, ex *santalisi*, lignum; ex *cannū* medulla; ex *capillaris* folia, ex *rosis* flores, ex *piperi* semen. Reliquæ partes fere inutiles cum sint, repurgantur, vel minus expetuntur.

Eam ob rationem medulla fistularis secernitur è canna & seminibus, *passula* purgantur ab acinis, *dactyli* à nucleis, ex *rosis* eiicit lanugo, ex *colocynthide* semen, ex multis seminibus cortex, ex multis fructibus nihil. Cortex namque *citrī*, seu *mali* *Malum Medicis* succus, semen, odor, omnia utilia, dicum.

Nuces & *amygdala* cum triplici induantur in uolucro, ter debent repurgari. Primum siquidem corium aliis crassis existimur, dein nucamentum confingitur, *Nucum & amygdalarum* *rum* *preparatio*. ratio. tum quod proxime nucleus, tanquam amnios factum in uoluit, se iungitur.

Debet vero in aqua calente macerari, & digitorū contrectatu confricari, vt facilius repurgetur: *hordiū* tamen vix exiit post macerationem, nisi multo pistilli attritu varie ductum fuerit ac commotum.

Adipes vt purgantur à membranis, frustram solent diuidi, & eultello aut digitis separari. Non nunquam igne liquantur, & per linteum traiciuntur, sic enim pinguedo sola facile transmittitur, remanentibus in linteis pelliculis & membranis.

Adipum purgatio.

B 2 Metal-

**Metallorum
purgatio.**

Metalla solent repurgari attritu, fusione, & aliis præparationibus, de quibus postea fusius agemus. Quibusdam vero maior purgatio debetur, alias minima, quibus scilicet rei inutilis est perpusilla portio.

C A P. V.

De infusione.

**Infusio
quid.**

IN FUSIO est præparatio medicamentorum, quæ in humore aliquo nostræ intencionis conueniente, medicamenta minutum incisa, aut trita infunduntur; idque per horam tantum, aut plures, vel dies, etiam hebdomadas, pro varia medicamenti natura, & Medicorum scopis. Quæ enim duram habent substantiam, compactam, & qualitatem firmiter substantiae inherenterent, diutius terenda & infundenda sunt: Quæ raram & imbecillem, minus.

**Infusionis
vhus.**

Infusionis autem tres potissimum vhus traduntur; vt malefica vis medicamentorum emendetur, aut penitus absimatur; vt bona melior reddatur; vel ut eorum qualitas in humore aut succum videntur transferatur.

**Turpethi
præparatio.
Mezerei &
laureola ap-
paratus.
Quinque
radicum
aperientium
præparatio.
Vrteca semē
quibus con-
ueniat. Ca-
rbolicorni
infusio.**

Infunditur turpethum in lacte recens mulcto, deinde siccatur, vt minus ventre, dum assimilatur, torninibus exerceat. Mezereon & laureola, quibus conueniunt, antequam dentur, in vino albo solent infundi; dein siccari, vt eorum vis nimis effrena magis hebescat.

Radices quinque aperientes in aceto sepe macerantur, vt vilcedam pituitam magis incidunt, & viam exercendo lotio dicata citius diducant. Semen urticae in decocto tragacanthi, & assumptum ad viria thoracis tussiculosis enim & asthmaticis prodest) guttur, & alias partes, quas permeat, vrteca definit.

Maxime vero purgantia medicamenta & aromata infunduntur in vino aut aqua simplici, vel in decocto conueniente, aut aqua stillatitia, vel succo ex plantis extracto, pro variis Medicorum scopis, vt qualitates proprias amittant, & in succum aut liquore transmittant. *Sic rheum, agaricus,*

& radix Mechocanæ solent infundi, non modo, vt illorum virtus in liquorem idoneum abeat, sed vt melior reddatur.

Ex vino simplici componitur *hypocratisum*, reliftis in illo per infusionem *cina-* Vinum *hyp-*
momi viribus ac disoluto *sacharo*. *Sæpe ta-* *pocraticum*
men caute aliquidex *zinzibere* permisce-
tur a *Pharmacopolis*, vt bibulorum palato
magis arideat.

Infunduntur in aceto, & interdum in vino gummi, *ammoniacum*, *galbanum*, o- *Gummorū*
poponax, & *sagapenum*, antequam vel ac- *infusio*.
cedant ad mixturam emplastri de muca-
ginibus, vel dissoluantur ad alios vhus.

Flores *nymphæ*, *rosarum*, & *violarum*, *Florum in-*
infunduntur in aqua simplici calente, vt *fuso*.
inde colatura facta, & addito *sacharo*, sy-
rupi coquendo conficiantur.

C A P. VI.

De humectatione, alijsque infusionum
differentiis.

AD infusionem reduci solēt humectatio, infectio, seu tinctura: Ad humectationem immercio, & irrigatio, seu inspersio. His enim modis humescunt medicamenta aceto, lacte, aut aqua, vel alio humore infuccata, vt commodius & felicius in compositionem & vsum veniant.

Vtilis est humectatio ad exotica medi- *Quæ medici-*
camenta, quæ ad nos è longioribus plagis e-
aduecta, sicciora sunt, & minus succulenta: *camenta e-*
Proinde natuam humiditatem resarcim- *geant hu-*
imus, vel fouemus immersione leui, vel irri- *mectione.*
gatione: *Sæpe etiam sola repositione &*
affluatione in vdo loco, vt cum cassia in
cella vinaria affluerat, vel theriaca in py-
xide plumbea reponitur, ne vis illorum
tam cito exhalet.

Aromata etiam multa, vt *caryophilli*, *Aromatum*
ambra, *moschus* solent humectari, si terrena sunt, ne subtiliores partes ac magis odo-
ratæ dissipentur.

Vtilissima vero est humectatio ad con-
diçōes fructus, atq; à corticib. repurgados.
Anygdala enim siccæ vt facile exuantur,
aque tempore prius humectandæ sunt. *Et*
nuclei

nucleis p̄p̄ei, & nucēs virides, ante conditaram plures in aqua sunt infundendi; humectandi & macerandi, vt illorum acri-
monia & amaritudo retundatur. Mitescūt enim omnia, quae insignem habent qualitatem, si in aquam, aut alium liquorem se-
pe immergeantur.

Caphura, colocynthis, euphorbium, & alia
pleraque pulueranda, ante trituram paucō
oleo amygdalino aut alio humectantur, vt
communuantur facilius, & eorum vis diffi-
cilius expiret.

Ad humectationem reducitur *irrigatio*,
qua velut pars quādam humectatio est.
Quae enim improbantur, vt sicciora, leui
aspergime humescunt, & vsui sunt aptiora.

C A P. VII.

De nutritione.

Vix probabili ratione medicamenta di-
cuntur nutriti, nisi quateus mutua
appositione duorum vel trīum, aut plurimi
medicamentum aliquod accretionem cap-
petit, quam vulgus Pharmacopœorum
nutritionem vocat. Fortassis etiam id no-
minis in dīctum est, quia medicamenti mi-
scendi, vt nutrimenti nutriendi fieri debe-
at alteratio.

Est autem nutritio humectationi non
multum dissimilis: In vtraque enim hu-
mor aliquis, aut succus necessario permi-
scetur, sed qui copiosus est in humectatione,
in nutritione paucus, in qua non affi-
xim, vt in illa, sed paulatim ac subinde af-
funditur. Nam quod semel humore paucō
irrigatum est, illico siccatur Sole, aut i-
gne, deinceps adhuc humectatur, atque ter-
quater, aut quinques iterum irrigatur.
Quemadmodum *sarcocolla* lacte in uileris,
aut aīne nutritur, sed paucō: copioso re-
enīm lactis copia macerata liquatur, ace-
scitq; lac ante sarcocolla deficationem.

Sarcocolla
nutritio. Spagieries solent metallica humore co-
gnato certo modo apparato nutritare, vt fa-
cilius liquecant, aut diluantur; vel succo
velut nutrita & aucta tumescant.

Ad confectionem *vnguenti crudi*, seu *Vnguentum*
de *lithargyro*, quod paratur ex parte vna *crucum*
lithargyri, quatuor oler, & accessu quinque, quibus con-
tamdiu terendo nutritur his luccis *lithar-*
scet.

gyrus, vt in *vnguenti* consistentiam absq;

ignis ope, & cera mixtura coeat.

Radicēs multæ nonnūquam yino, in-
terdum aceto irrigantur, vt turgeant, quē-
admodum & *myrobalani* lacte nutritiūtur
ali quando, vel alio liquore, pro vario Me-
dicorum proposito.

Aloe nonnūquam nutritur decocto a-
romatum, aut alio liquore idoneo pro Me-
dicisco: *Sepissime* vero succis herba-
rum, foliorum & florū, vt *rosarum* vel
ruberarum ad robur, vel *pallidarum* ad pur-
gatricem eius vim augendam: aliquando
in succo *endivie*, ad calorem ipsius miti-
gandum. Dissoluitur autem primum in
succorum ipsorum aliquo, deinde exsiccatur:
teritur rursus, eademque succi eiusdē
portione diluitur, agitatur, nutritur, & de-
nuo exsiccatur, atque hoc roties iteratur,
donec succi aut liquoris expeditam quan-
titatem aloe ebiberit.

C A P. VIII.

De maceratione infectione &
digestione.

MACERATIO humectationi tam finiti-
ma est, vt pro vno eodemque prepa-
rationis modo surpetur. Ad eosdem n-
vius, & eodem artificio medicamenta in-
funduntur, humectantur, & macerantur:
longiori tamen spatio temporis est opus
ad macerationem: flores enim populi & se-
men abietis, Galeni consilio, cap. 14. lib. 2. *Oleum aco-*
des sanit. tuend. macerantur oleo, sepetres, pīus,
aut quatuor vel plures etiā menses: post-
ea oleum exprimitur, ad ommem lastiudi-
nem soluendam aptissimum.

Zinziber, radices duriores, *amygdale* vi-
rides & duri fructus ante conditaram tan-
to tempore macerantur, donec molle-
scant, vel inutilē aut ingratam qualita-
tem amittant.

I N S T I T U T I O N V M

58

*Syrupus de
papauere.*

In syrupo de papauere simplici maceratur capita papaueris in aqua diem integrum aut alterum, & laepe triduum, donec tenebrant, & illorum qualitas ad aquam transmittantur.

*Guaiacum
Radix Chi-
ns.*

Lignum palis sancti, & illa radix peregrina, quam Orientales Indi Lampatan vocat, suas qualitates vix suggerunt, nisi longa maceratione prius maduerint ante concoctionem.

Ideam sit in ceteris lignis & radicibus, quae diutissime macerantur in apto liquore, vt vires eorum, qualescunq; sint, in decoctum aut aquam transmittantur.

*Dactyli tres dies integros aceto macerantur, Mefuei decreto, antequam ad *Daphne* mixturam trahantur. Macerantur quoque *tamarindi* & *myrobalani* in sero lactis capfae, aut aqua, vel succo conuenienter, ne laedant stomachum, ait Mefue, & no-cumentum emendetur.*

*Affinis quoque est infusioni, humectationi, & macerationi *tinctura seu infectio*: quae enim inficiuntur, debent in succum quandam immersi. Non tamen semper medicamentum immersitur, vt colorem solum acquirat, sed etiam qualitatem praestantiorem: vt cum *sericum crudum succo cocci baphica* tingitur, antequam confectionem Alkermes ingrediatur, vt vim magis cardiacam nascatur, colore magis rubellum, imo totum ipsum, quod haberet laudabile, ab eo succo mutuatur.*

*Ad macerationem adhuc *digestio* reduci potest, per quam res digerenda vase tanquam ventriculo includitur, & maceratur, eiusq; pars minus & tractabilis, & mitis edomatur digerendo, & mitior euadit, atq; operibus aptior, superaddito vino, vel acetato, vel oleo, aut succo conueniente. Latius tamen pater Chymicus digestio, sub qua rectificationem, insolationem, & nutritionem aliquando complectuntur.*

**

Digestio.

*C A R . IX.
Detritura.*

Cum medicamenta per se dura & solida assimi vel conuenienter adhiberi non queant, à Pharmacopeis tanta industria solent preparari & immutari, vt corum usus postea facilis & salutaris. Ea enim ipsa percussu vel friatu comminuant, & in puluerem reducunt, aut tenuiorem, aut crassiorem, pro vario Medicorum proposito.

Sunt autem tres principi terendorum medicamentorum scopi, vt alia nempe medicamentis exacte commisceantur, vel vt ipsi noua facultas conquiratur, vel vt malefica corrigitur.

Modus vero terendi plurimum varius; multa namque mortario lapideo, vt marmoreo, alia metallico, vt ferreo, cneo, plumbico, & aliquando vitreо: alia in ligneo, vt buxeo, cum pistillo, simili fere materia cinnato, teruntur. Pistillus siquidem ferreus mortario ferreo aptior est, ligneus ligneo, plumbeus plumbeo, vitreus vitreо.

Nonnulla minime possunt ita exacte puluerari percussu, atque friatu, qui fit super lapidem planum, ac marmoreum, seu porphyrium, cui pistilli loco apponitur parva mola marmorea, quae manu concepta, hac illac circumducitur, vt nihil intactum ex medicamento terendo relinquatur. Hocque modo gemmae, & lapides pre-

Gemmarum

tritura.

seu moluntur, donec amplius nulla digitis inæqualitas percipiatur. Sic lauigatum tum puluerem vulgus porphyratum vocat; quo modo solent ea medicamenta attenuari, quae vel tabellas cardiales, vel vnguenta opthalmica ingrediuntur.

Quædam molis versatilibus colliduntur

seu moluntur, perinde ac triticum aut hordeum in pistriño. Sic enim magna semi-

sum duriorum quantitas facile & pauc-

tempore colludit, & in pollinem abit.

Pauca autem debet esse tufo corū me-

dicamentorum, quae ad coctionem tantu

trituram de-

apparamus, atq; eorum, quæ rara habent siderent.

textu-

*Tres scopi
triturationis.*

*Terendi ma-
due variss.*

texturam, & virtutem facile dissipabilem,
quaꝝ nimirum multa tritura exoluuntur
prompte, cuiusmodi sunt flores pene omnes.

Quæ multa tritura de siderant. Multam vero trituram patiuntur medicamenta dura, crassa, solida, neruosa, & fructu contumacia, quaꝝ maligna qualitate participant, vt *coccygnathis*, quaꝝ cum leuiter trita sumitur, eius portio crassior gyris intestuorum inh rens, partem eam exulcerat, ac dysenteriam mouet.

Quæ mode ratam. Quæ mediocri substantia constant, vt aromata multa, moderate terenda sunt, ne tentior eorum portio ac magis odorata exhaleret, atque dissipetur. Si quando tamen ad electuarii alicuius confectionem trahenda sint, tunc tenuissime l uiganda.

Quæ tenui sim leuiganda. Quæ partes remotissimas petere volum, in pollinem reducenda: si eadem in ventriculo, intestinis, & primis venis diutius immorari, nec prompte vaforum ora subire cupimus, crassifucile pulueranda, modo nulla sint pr dita maligna qualitate. Nonnulla quoque levissime terantur, vt citius id actu sint, quod potestate esse dicuntur, hoc est, vt celerius suas vires exerant.

Radices & herbae nunc teruntur virides, nunc sicc , nunc crud , nunc coct  in variis usus. Semper vero mediocriter teruntur, dum concoqui debent. Maior tamen tritura radicibus, quam foliis semper debetur, fructibus minor, seminibus mediocrit . Medio siquidem modo inter herbas & radices semina teri desiderant.

Colocynthis, caphura & sericum quo modofacile terenda. Porro multa vix possunt sola in puluer  reduci, nisi quid admisceatur, vt pomum *colocynthidos*, *sericum crudum*, *caphura*, & alia multa, quaꝝ terendo latefcunt, si quid ex oleaginosis non superaddatur. Nonnulla quo vino qu dam irrorantur, vt etiam aqu tallo, tum vt commodius teriposint, ac puluerari, tum vt felicius intentioni nostrae inferuant.

Partes animalium duriores, vt ossa, cornua, & vngues: si assatione, vel vstione, vel alio modo torrida sunt, puluerantur facilius.

Sunt, qui sericum crudum, lanam & pi-
 los animalium ante trituram adurant, led
 vires amittunt priores, & nouas conqui-
 sunt. Proinde minutum pr stat eadem se-
 care, deinde valenter terere, & in pulue-
 rem minutulum reducere.

Semina qu dam oleosa, vt quatuor fri-
 gida maiora, quia sub isto pistilli percuti-
 entis latefcunt, ac pinguiscant, minutum
 crebro cultelli verberatu inciduntur, cor-
 tice tamen ante spoliata.

Multa gummi, lacrymarum, & succo-
 rum genera fibrosa, & velut coriacea, ac
 fractu & solitu contumacissima, atque per
 se sicea minus, quam vt sola puluerari que-
 ant, minutum incidentur, dein cum aliis
 siccioribus teruntur. *Tragacanthum*, ma-
 stiche, gummi *Arabicum*, *ihus*, *arcocolla*, &
 succi, qui lentum retinent humorem, non
 non facile tundendo puluerantur, nisi pi-
 stillus velut friando per fundum ad latera
 mortarii ducatur, & in quibusdam prius af-
 fusis aliquot aqu  guttis.

Qu dam adeo sunt friabilia, vt etiam *Qua facili*
 digitis summis attrita cito l uigantur, vt *ac cito lau-*
amylum, *agaricus albissimus*, & multa ter-
 rarum species. Alia & valide & diutissime
 contundenda, ac terenda, ante quam in v-
 sum veniant, quaꝝ scilicet crassam, duram,
 ac compactam habent substantiam & vir-
 utem profundam, ac validam, & ægre
 vanescentem, vt metallica, ligna, ossa, cor-
 nua: h c enim omnia tundendo vix pulue-
 rantur.

In genere autem quacunque validam
 confectionem postulant, eadem & maiorem
 trituram: & qua minus aut mediocriter co-
 quenda, minus quoque vel mediocriter te-
 renda.

Debet vero interterendum corio quo-
 dam aut charta mortarium operiri, ne
 dum aroma aut gemm  teruntur, pars
 subtilior exhaleret, aut fragmenta foras e-
 uolent & percant: vel dum *euphorbium*
 & *veratrum* puluerantur, tenue polleni-
 nares aromatarii moleste feriat & sternu-
 rationem moueat importunam.

Is ve-

Maleseric 
los animalium ante trituram adurant, led
aduritur, &
vires amittunt priores, & nouas conqui-
puluerentur.

Qua pifillo
vix queunt
puluerari.

INSTITIONVM

Is vero seruandus est ordo, inquit Sylvius,
in medicamentis puluerandis, ut primum
injiciantur in mortarium crassa, dura, len-
ta, deinde minus solida, tandem que pistillo
minus relucantur.

Puluis
plumbi.

Plumbura si ex Fernelio cap. 16. lib. 6.
method. pulueratur in laminas cenellas pri-
mum dicitur, que minutissime concisa, aceto quam acerrimo immeguntur, ma-
ceranturque triduo, permutato quotidie,
si videtur, aceto, postea exemptae, & igni
ficcata circa visionem, in mortario labo-
riose teruntur, sic tandem in tenuissimum
puluerem rediguntur, cuius vis eximia est
ad maligna vlera blande corrigenda, &
expurganda, & ad cicatricem perdu-
cenda.

C A P. X.

De variis triture speciebus.

VT multiplex est materia terenda, sic
multiplex ac varius terendi modus,
non solum enim medicamenta commi-
nuuntur terendo, molendo, ducendo &
friando, sed etiam atterendo, confricando,
secando, frangendo, tradendo, limando:
hinc tritura multæ species constituantur,
qua pistillo quidem & mortario minime
peraguntur, sed aliis instrumentis ut cote,
malleo, secura, scalpro, lima: unde attrito,
conflicatio, fractio, fractio, rasio, limitatio.

Attritio dicitur Sylvio *preparationis qui-*
dam modus, quo medicamenta nonnulla in
cote medica, qualis ad nos Naxia ex Cypro
insula aduehitur. [Plin. cap. 7. lib. 16.] Atteri
solent, vt lapis Iudaicus, aut collyria in pa-
stilos formata & ficca, qua ad citem cum
aliquo humore idoneo conficiantur, vt
materia hoc apparatus tenuior facta dolen-
tem oculum, cui adhuc habitur, minime læ-
dat vel exasperet. Galen. cap. 4. lib. 4. comp.
medicam. local.

Atteritur nonnunquam butyrum in
mortario plumbeo, cum pistillo materiae
similis, donec similem colorem acquirat,
ad pruriginem, & cutaneos affectus mite-
scendos, sicq; butyri qualitas non commau-

natur butyro, sed plumbi qualitas isto at-
tritu butyro permiscetur. Idem sentien-
dum de ceteris liquoribus aut succis simi-
liter in simili materia attritis.

Confricatio leuis guardam est attritio, Confricatio.
per quam res facile puluerabiles, digitoru-
m fricta aut solidioris corporis confricatu-
cito levigantur, vt *amyrum, aut cerusa,* que
statim vt confricantur, puluerantur, sive que
confricatio & attritio secundum magis &
minus tantum discrepare videntur.

Exarboribus radices & ligna primum
serra aut securi praescinduntur, dein ad
Pharmacopolium aduecta minutius secâ-
tur, vt in pyxidibus aut folio commodius
queant astaurari; tandem minutius sunt
pulueres vslibus nostris inserviendi. Ossa,
vngulae, cornua iisdem ferramentis diuidi
solent, vt frustulatum veneant: vslus tamen
tempore scalpro raforio & fusione asse-
scunt laevigari. Hic autem apparatus, qui
per sectionem fit, ab instituendo Pharma-
copœo non parum remotus censeretur, cum
potius ad medicamenti venditorem, quæ
emptorem spectet: Proxime tamen ad e-
um spectat subtilior illa seccio, per quam
semina oleosa, vt *cucumeris, citrula, melo-*
ni, peponum, pistaciorum, & similiū, scal-
pro raforio, huc, illucve identidem incli-
nato, vel frequentissimo cultelli verberatu-
in tenuissimas partes inciduntur, pro Me-
dici instituto.

Secantur crassiusculæ forcipibus aut
cultello & radicee multæ, caules, & folia plâ-
tarum, antequam terantur, vt elixentur ad
medicinales vslus.

Franguntur herbæ tenellæ, dum mani-
bus præhensæ in torquedo trahuntur; par-
tes vero illarum sicciores non nisi extremitis
ad se adductis per medium quasi crepi-
tando abrumptur. Mineralia sive casu
franguntur, sive per industriosu percussu.

Finduntur, eo modo radices cultello, Fissio.
nec non caules multi, quo doliarii sua vi-
mina fioudunt. Crassiora & duriora ligna
interdum ascia egent, interdum & cuneo
ferreo, & malleo.

Radun-

Rafio.

Raduntur multæ radices tum ad corticem eximendam, tum ad inutilia expurganda. Ligna vero seu duriora, ut *buxus*, *guaiacum*; seu minus cōpacta, ut *xyloaloe*, *santala*, *dentes apri*, *cornua cerui*, *unicornis*, *Erbinocerotu*, *angula*. *Alces*, *priapi* animalium siccata, & pleraq; alia, ut facilius postea puluerentur, vel coctione suas vires in humorem transmittant.

Rheum, *agricus*, *zinciber*, *nux moschata* & *sacharum* læpe lamina ferrea, incurva, multis exasperata foraminibus abrunduntur: nonnunquam & *mala cytonia*, ut ex his maior succi quantitas eliciatur, quam si in mortario terantur, inquit Sylwius.

Limatio.

Limantur præsertim metalla, quæ ratione aut tufione puluerari non queunt, diutissime namque percussa, vel rudi aut pistillo non cedunt, aut latescunt potius, quam laxiuentur.

Aurum & *argentum* ideo limantur, ut illorum scobs minutula citra præparatiōnem aliam exhibeatur. Chalybs, ferrum, æs, plumbum fere limantur, ut vrantur, atque postea teruntur, ut rei exigenti inseruant. Limantur & dentes, vel verius cornua elephanti, osla caluaria humanæ, & quedam ligna perdura: sic enim minutissimæ, quam ratione, diuiduntur: nam limaturæ ramentis sunt tenuiores.

C A P. XI.

De coctione.

Coctio.
quid.

WT medicamenta gratioria, salubriora, & vsui ac compositioni magis idonea reddantur, solent coctione conuenienti commutari: Est enim coctio [Probl. 7. sect. 12. Problem.] rei concoquenda alteratio, vel commutatio.

Differentia. Eius autem tres [c. 3. lib. 4. Meteor.] constituantur differentiæ, maturatio, elixatio, & assatio. Sed quia maturatio, *nitavore* Græcis dicta, naturalis quedam est coctio, hic omittitur, quoniam de artificiali tantum agimus, ad quam elixatio, *vstio*, *calfatio*, *fricatio*, *diffusatio*, & quæ calore muta-

tionem quandam acquirunt, tanquam ad genus solent referri.

Pro rerum autem coquendarum substantia & viribus, sit coctio leuis, aut valida, aut mediocris. Quædam enim leuem tantum coctionem sustinent, quorum scilicet virtes longiore coctione facile resoluitur, vel quia imbecilla est, aut in superficie posita, aut quia rara substantiæ textura constant, ut semina quædam, aromata multa, & flores pene omnes.

Alia longiore coctionem desiderant, ut quæ contrario modo affecta sunt, quorum nempe virtus non facile resoluitur; aut quia valida est, ac firma; aut quia in substantia crassa ac densa refidet; aut quia in profundo est sita: eniūnaodi sunt radices, ligna, gummi, lapides, & acria, ut *cepa* & *allium*, quæ coctione mitescent. Quædam medicorem coctionem patiuntur, quæ inter dicta extrema media sunt, in substantia & viribus, ut *santalæ* omnia, *iuiuba*, *passale*, *tamarindæ*, Molliusculi fructus & semi multa.

Coctio autem, quæ fit in humido à calore Elixatio
moderato, elixatio dicitur. At humidum il- quid.
lud, cui medicamenta incoquuntur, magna ex parte aqua est, eaque vel simplex, ut communis; vel medicamentosa, & compo- sita, ad quam reducuntur lixiuum, hydromel, lac, serum, vinum, acetum, succi plantarum, aquæ falsæ, vel sulphureæ, & liquor omnis, in quo medicamenta excipiuntur & incoquuntur.

Est vero multiplex elixationis usus: Pri- Multiplex
mo siquidem humorem medicamenti ex- elixationis
crementitum coquendo resoluit; unde utilitas.
coccygnis & *elleborus* coquuntur, ne moleste ventrem perturbent, & torminibus exerceant. Contrarium tamen accidit his medicamentis, quæ leniendo & lubricando purgant, quæque cum plena sunt, eadem meliora, ut *cassia* & *tamarindæ*: coctione namq; deteriora fiunt, quia humitas illorum nativa immittitur, & vis purgativa deperditur.

Secundo, elixatio flatus crassos & mor- F daces

daces ad nauseam ventriculum lacerantes, ab eodem medicamento dissipat, vt in *senna, polypodio, carthamo, ebulo.*

*Tertio, acrimoniam, violentiam & qualitatem ulcerantem frangit, vt de *scammonio* scribit Mesue, quod illius iussu, in *malo austero, vt citonio, vel succo rostorum coquitor, & præstantius redditur, vt omnia acria coctione fiunt meliora.**

*Quarto, vehementiorem medicamentum attractionem & maligniorem obtundit: proinde *elleborum album, & medicamenta valentiora* incoquimus, vt illorum violentia fracta maneat; siveque omnia medicamenta redduntur benigniora, dum in aqua vel succo herbarum, seminum aut fructuum coquuntur.*

Denique elixatio facultates medicamentorum diuersas optime permiscet, vt ex his omnibus, una resultet, veluti concreta facultas: quæ si fuerit imbecilla in planta quadam, leuis coquenda est; si potentior ac validior, validius; eoque magis, quo substantia illius crassior, solidiorque fuerit. Idcirco primum ligna, dein radices, tertio semina, postea lignorum cortices, tum fructus, postremo flores igne lento, tetri sumi experite concoquuntur, dum arida duraq; mollescant, cætera contabescant, & in aquam aut liquorem suas vires deserant.

Hic elixationis ordo semper tenendus in omni medicamentorum & maxime apozematum apparatu, quæ fiunt ex decocto radicum, foliorum, seminum & florū, sacharo aut syrups quibusdam dulcorato.

Tempus coctionis, non vna hora, aut aliquo temporis certo spatio, vt quidam arbitrantur, sed uno artificis peritiudicio definitur. Quædam enim ad elixitionem multum temporis, alia parū exigunt.

C A P . XII.

De assatione & frixione.

A SSATIO est medicamentorum cum succo tantum proprio concoctio: Quo præparationis modo carnes, radices, & fructus sine aliquo humore aduentio coquuntur.

Ea autem assatio fit modis pluribus: *Car-
nationis* enim veru transfixæ versatili ad ignem modi. coquuntur; vel catino sigulino exceptæ in clibano; vel suprapositæ crati suppositis prunis ardentibus assantur. Radix quoque *Beta Ro-
berta nigra* sub cineribus assatur, vt & *castra-
mana*. nea in pertula fartagine: sed hæc cuncta magis ad popinam, quam pharmaciæ pertinere creduntur.

*Assantur vero medicamenta multa, vt *Assationis* qualitatem inutilem deponant, & retineant salutarem: alia, vt hanc mitiora: non nullæ, vt facilius & citius puluerentur. Sic *rheum* assatur aliquando, vt minus sit purgatorium, & valentius astringat: quemadmodum & *scylla*, vt illius vehementia obtundatur, qua interanea lædit, ex *Diosco-
ride*. Sic & cerebella passerum assantur, vt *Cerebella* ficiora fint & magis puluerabilia, vt *com-
passerum* modius his permisceantur, quæ *Venerem* excitant.*

Multa quoque præparantur assando, vt copiosa & excrementitia illorum humiditas absumatur. Dum vero super tegulam ignitam, vel in furno aut fartagine assantur, cochlearia aut rudicula quadam ferreæ debent versari, ne vrantur, atque amoueri, antequam nigrefcant.

Hoc autem discrimine dirimuntur in-
ter se assatio & frixio, quod illa fiat cū suc-
co proprio: hæc vero cum aduentio, vt cū
oleo, butyro, vino, aceto, aut alio succo vel
liquore: quo modo multa alimenta fri-
guntur, vt *fabe & cicera*, tum ut *sauviora*
tum, tum ut *flatum* magis deponant, ex
Gal. cap. 29. lib. 2. de alimentis.

Coriandri friguntur, hoc est, præparatur *Coriandri* cum aceto, ut illius qualitas cerebro noxia *preparatio* obtundatur. Friguntur & vitici *semen*, vt *flatus* magis discuriat, & *Veneres* appetitus inhibeat. Nonnulla vero friguntur in *oleo amygdalarum dulcium*, vt *myrcbalani* *cistrini*, *chebuli* & *nigræ* in compositione *Tryphera* *Persica*: alia in *omphacio*; & quædam in vino, aut alio succo, pro vario Medicisco, vt qualitatem meliorem acquirant, vel deteriorem amittant.

C A P .

*Assatio
quid.*

*Tempus co-
ctionis.*

*Assatio
quid.*

C A P. XIII.

De vſtione.

MULTA medicamenta præsertim solidiora, ut mineralia, vel quæ malignam habent qualitatem, priusquam veniant in vſlus humanos, vruntur: nonnulla etiam vruntur, vt citius queant puluerari, vt ossa, cornua, vngues, séricum, & pilis animalium: alia, vt mutant colorem: alia, vt facultatem, & nouâ nostro proposito idem nanciscantur: multa acria interdum vruntur, vt mitescant, & acrimoniam amittant: & quædam non acria, vt eandem acquirant. Sicque acria, vt notauit Galenus in præcio lib. 9. simplic. multum caloris amittunt vſta; at quæ eiusmodi non sunt, affumunt. Hoc probat exemplo calchanti, quod mitius moderatiusq; reiditur per vſtione. Nonnulla vero non acria, vrendo redduntur calidiora, & magis erodentia, vt *fx vini*, *hydrargyrus*, *calx cruda*, & alia multa.

**Cur acris
per vſtio-
mem acri-
moniam a-
mittant, nō
acria vero
eandem ac-
quirant.**

Qua autē ratione idem efficiēs effectus tam oppositos promat, sic sentiunt medicinæ proceres. Acrimonia acquiritur, aucto calore ad certum gradum, quem dum per adustionem excedant acria, suam acrimoniam amittunt. Quæ vero acria non erant, cum ad istum caloris gradum, seu secundum aut tertium peruererunt, eandem acquirunt, quorum vſus à Galeno improbatur. Laudat enim as vſtum rubrum, reicit nigrum, quod nimis sit vſtum.

Spagyrici tamē malunt acrimoniam amitti vſtione propter dissipationē sulphuris & salis volatilis; acquiri vero in non acribus, diffusso sulphure volatili, cui nulla aut exigua erat acrimoniam, ac remanente sale fixo, cuius acrimonia hebes erat, & obscurata à sulphure ante vſtione.

**Multiplex
vrendi mo-
dus.**

Porro varius est vrendi modus. Quæda n. in cibano vruntur, in patina; alia in olla fisticliruda; alia in vrecole qneo, alia in cattino cupreo: & quædam in fornace aurifabrorum, vel in reuerberio Chymistarum.

Vritur lepus in cibano, quo vſque pos-

sit in puluerem lauigari, ad calculos atte-
rendos & faburram tenuum pellendam v-
tilissimum. Vruntur vipersæ, Galeni consi-
lio, cap. 2. lib. 11. *simpl.* in olla nouâ ad salem
theriacum, lepris & impetigini agresti dif-
cutiendis maxime idoneum. Sed inter v-
rendum caendum est, ne vapor teter, ac
venenatus cerebrum laceffat.

Vruntur animalia pleraq; integra, si pu-
filla sint; vel partes grandiorū, vt ossa, cor-
nua, pilis, penna, corium, vngues. Excipiū-
tur vero fistili nouo, & in furno, vel forna-
ce, & interdum solis circumcir a prunis
subditis vrūtur, donec facilis negotio pul-
uerari queant. [cap. 33 lib. de theriac.]

Rami arborum, arbusta, sarmenta, &
multa simplicita per se accensa, interdū &
vase quodam terreo aut metallico conce-
pta, solent vri.

Canceri nonnunquam vruntur in sarta-
gine ærea, quandoque in olla, sœpe inter
carbones ignitos, donec cinefant; vel sal-
tem quousque ex his torridis fieri queat
puluis tenuissimus, qui commendatur ad
cancerofos affectus, & eos, qui à rabiolo
cane infliguntur.

Lapides inter prunas ardentes à follibus Lapidum
excitas vruntur. Cyaneus tamen, Phry-
gius, & alii præiosi in partes exigutas, ante
vſtione frangi debent, & olla fistili, no-
ua, operculo testo perforato, excipi, vt fa-
cilior exhalationi pateat exitus, dein tam-
diu vri, donec igniantur.

Vſtione enim terminus in quibusdam
est ignitus; in aliis, dum nihil fumidum
amplius exspirat. Multitamen lapides ter
aut quater igniuntur, & toties humore
quodam suffunduntur ante trituram.

Fex vini tādiu torretur, donec albescat,
atq; tantam acrimoniam acquirat, vt lin-
guam & palatum quasi vrendo mordicet.

Ouorum putamina, ostreorum, & lima-
cum testæ, cornua & dentes animalium i-
ta debent accendi, vt conflagrent, & albe-
scant, & sicut puluerabilia.

Accenduntur & vruntur nonnunquā re-
sinæ, *byrrax*, *thuya*, *pix*, *terebinthina*, & multa

F. 2 similia,

*Puluis lepe-
ris vſti ad
calculos at-
terendos.
Viperarum
vſtia.*

*Puluis can-
cerorum v-
ſtorū quos
affectus fa-
net.*

*Vſtione ter-
minus.*

*Fecis vini
vſtio.*

similia, vt ex his accensis fuligo quædam medicamentosa excipiatur ad futuros usus.

Aluminis vstio. *Alumen* in patina ignita virtut, quoque bullas excitare desierit. Et *calchatum*, donec colorem mutauerit.

Salis vstio. *Sal* virtut olla exceptus & opertus, ne exiliat. Exilit vero & strepit vrendo, donec perfecte crematus fuerit. *Nitrum* quoque est eodem modo vrendum.

Cerussa præparatio. *Cerussa*, inquit Diocordesc. 103. lib. 5. trita in scilicet in fuligine, flagrantibus igni carbonibus, assidue versa nō virut, donec cinereum colorem traxerit: tunc eximo, refrigerato vitor. *Vel*, in patinu nouis super prunis vrito, & ferulacea ruda encueto, donec colore fiat simili Sandaracha. Quia vero sic parat est, Sandix à quibusdam dicitur, inquit idem author.

Esta tem Sandarach non quidē gumiū juniperi, quod vulgo vernix, & à Mauritanis Sandarax dicitur, sed species auripigmenti rubelli. [Brasaual, in exampl. ca. 66 lib. 9. simpl. ca. 53 lib. 9. simpl.] Eadem enim in fodina Sandarach & auripigmentum effodiuntur. Imo simul mista sunt, & vires easdem possident. Alio nomine Sandaracha vocatur, à Chymistis *Arsenicum rubrum*, vt & *Auripigmentum*, *Arsenicum croceum*. Porro, *Cerussa* vsto in Sandica transit, ait Galenus nunquam tamen in Sandaracham, qua est vrentis facultatis. Sandix vero nulla sui parte calefacit, sed potius refrigerat: Hacque pictores vtuntur, vt *Cerussa*, cuius colorem vtendo, & aliquando acetum permiscendo varie permutant.

Auripigmentum torretur in testa noua, viuis carbonibus subiectis, assidueque versatur, donec igne flagret, & mutet colorē. Et Sandaracha eodem modo vretur & dos vtriusque eadem, ait Diocor. cap. 80. & 81. lib. 5. Crustas enim cum vredine vehementi excitant, capillos euellunt, excrescentia reprimunt, & tubercula discutunt.

Cadmia crematur carbonibus obruta, donec translucida spectetur, & scoria ferrimodo bullet, mox extinguitur. [e. 45. lib. 5. Diocor.] Nonnulli exstūta terunt in vino,

rursumque fictili crudo vrunt, donec pumicosa videatur: Iterumq; tritam ex vino tertio vrunt, donec prorsus in cinerem redigatur.

Pumex crematur flagrantissimi carbonibus obrutus, & vbi canduerit, extractus vstio. vino restinguatur odorato; Iterumque incensus restinguatur, & terria vstione emptus, & per se refrigeratus ad usus conditur. Diocor. cap. 125. lib. 5.

Vritut erugo minutissime fracta & cō- *Æruginis* minuta in fictili patina flagrantibus prunis vstio. superposita, verfatur q; donec se mutet, & colorem cinereum concipiat, ibid. lib. 5.

Chalcitis vritut fictili nouo viuis carbo- *Chalciteos* nibus superposito. Finis aut vstionis in humidiore, est, vbi ipsa chalcitis bullas excitare desierit, & perfecte inaruerit. In reliquis vero, dum mutata in floridum colorē fuerit, & sanguineū aut miniarum colorem contraxerit, tum demū eximenda est.

Chrysocolla patinis supra carbones vritur, & *Ochra* admodum. Dos *Chrysocolla* ad purgandas cicatrices, excrescentem carnem coercet, astringit, excalfacit, & modice corpus mordendo exest. *Ochra* vero astringit, erodit, collectiones & tuberculæ dissipat. Diocor.

Plumbum multifariam crematur: ante- *Plumbum* quam tamen vstionē experietur, solet vel multis modis scobē, vel in laminas attenuari, dein si- *multis modis* vri. *Et* scilicet in fuligine, & addito sulphure ita cōflagrari, vt in cinerem perfecte redigatur. Intericitur vero sulphur laminis, & dum vtrumque conflagratur, rude ferrea verfaratur; interea sedulo caendum, ne halitus plumbi nocentissimus naribus excipiatur. Cerebro enim multum obest propter ad- *Halitus* mixtam hydrargyri portionem, cuius ratione plumbi cur cerebro & sape stuporem & paralysem inuehit. *neruis nonno-*

Et adiicitur vero ad rem comburendam aliquando sulphur, aliquando nitrum, cum scilicet admodum valida est, & indomita rei compages: alioquin volatilia eiusdem citius dissiparentur, quam fixa vincerentur à flamma, vt placet Spagyricis.

Et quemadmodum assatio finitima est vstitutioni; imo quoddam velut iter ad vstitutionem, sic vstitutione ad calcinationem, & calcinatio ad cincfactionem. Proprie tamen cincfactionis rebus cremabilibus & flammis concipere natis competit. Ex mineralibus, in quibus vix comperitur flammæ pabulū, vix cineres post vstitutionem relinquuntur; ex lignis succensis, quid nisi cinerum cumulus? Et que tamen cremabilia & incremabilia possunt laevigari; illa, dum cinefiunt, hæc vero, dum post vstitutionem puluerando, vel super tabula marmorea ducendo in alcohol, seu pollinem laevissimum attenuantur. Hæc si lectoris animum non expleuerint, spe cialiorera medicamentorum, quorum est frequens apud nos usus, vstitutionem, in officina pharmacopeorum à nobis illustrata comperiet.

C A P. XIV.

De extinctione.

Extinctio quid.

EXTINGUITIO est ignis materia in aliquo humore suffocatio. Illa vero materia extinguitur sèpium vita, sepe & ignita tantum; ut cum gemmæ, & multa metallica, priusquam vrantur perfecte, vino, aceto, aqua simplici, vel stillatitia, vel succo quodam, aut liquore extinguntur, donec plane refrixerint.

Multa pluries extinguntur, ut lapis pyrites; nonnulla semel tantum, ut galla, & quædam extinguntur ex se sola, citra materię cuiusdam humectantis affusionem.

Wackerus Syluij transscriptor.

Weckerus Syluij transcriptor argentū viuum saliuia hominis ieuniū extinguidicit. Impropiet tamen non ignita dicuntur extingui, sed emendari, seu præparari. Præparatur autem hominis ieuniū saliuia, emendatur saliuia. Nam ut melius aliis miscendis concorporetur, recte saliuia cogitur, quæ tamen illius qualitatem nihil meliorem efficit: Saliuia vero castigat, & minus effemina reddit. Dicitur enim *salvia quasi salinaria*: cerebrum namque & nervos plurimum roborat, quibus argenti viui malefica vis plurimum obest, quæ succo saliuia debet emendari.

Auri massa sèpium ignita nonnunquam *Aqua extinxit* extinguitur aqua communi, quæ utrilibet *extinctio auri*. datur dysentericis ad occludendas foras oscula, & elephanticis ad robur partium principum & exhilarandos spiritus. Non enim temere creditur aurum, ut exteriora reficeret, sive & interiora.

Vt aqua salutaris est ad multorum affectionum profligationem, in qua plures chalybs fuerit extinctus: Sic chalybs ipse in scobem redactus, ignitus, & extinctus accepto eximius est ad multos usus, de quo alibi fuisus.

Tanta vis est extinctionis, ut vires humoris, quo aliquid extinguitur, in se trahat & retineat. Sic *cadmia* interdum vino, interdum aceto, provaria intentione Medici extinguitur: Et *ferrum* ignitum nonnunquam hydræleo extinguitur, ut magis dulcile fiat, ad cassides & alia arma facienda: aliquando vero aqua sola extinguitur, & magis fragile redditur.

C A P. XV.

De cincfactione, insolatione, & refrigeratione.

CALFACTIO est medicamentorum tam *Calfactio simplicium, quam compotorum preparationis* quidam modus, quo ex ipsa non quidem coquuntur, aut vruntur, sed moderate calefiunt, vel in sole, vel ligno, vel rerum putridarum calore, ut commodius percolentur, vel malaxentur, vel misceantur, vel facticius & felicius exhibeantur. Sic medicamentum infusum, antequam percoletur, calefit, ut illius qualitas non modo tota in liquorem transmittatur, sed ut liquor proprius permeat, & torus eliciatur.

Clysteres colico dolore laborantibus præscripti, solent feliciter à Pharmacopeis paulo calidores inicii, modo non sit à bile; febrientibus vero tepidores, ne feruor magis incandescat, sed mitescat: Et vomitientibus aqua tepida bibenda datur, ut naturæ motum adiuuet, humorisque fiat sursum per os facilior exclusio. Cum vix quidpiam actu frigidum debeat

F 3 exhibi-

exhiberi, sive topicum sit remedium, vel introsumendum, ut & balnearia, & ipsa linimenta, priusquam agrotis inferuant, debent modice calefieri. Multa quoque medicamenta calefactione indigent, ut scilicet terantur, miscentur, dissoluantur, & percolentur.

Insolatio.

*Hydromel
vino sum
quomodo
fit.*

Insolatio calefactionis est finitima, ut altera alterius vicem facile queat subire. Vt raga enim eundem esse etum pollicetur, & instar cuiusdam coctionis est: ut cum circa caniculam, aut vigentibus celi squaloribus, dies circiter quadraginta insolatur *hydromel*, ut sic magis concoctum vinosum reddatur. Non tamen ea arte sola fit vinosum, sed quod paratur ex libris quatuor aquae fluuiatilis & una mellis, tam diuque coquitur ante insolationem, donec ouum crudum supernate.

Conseruae recetes insolantur, ut omnes earum partes simul fermententur, & humidor quedam materia discutiantur: maxime vero quae ex foliis aut floribus frigidis parate, ad multum tempus debent asservari.

Scilla succus, consilio Gal. [cap. vlt. lib. de pueri epileptico.] elicetur, insolatione. Obscurum tamen celo, igne extrahitur. Et quae medicamenta insolari hyemis constitutio denegat, eadem igne calefiunt per hyemem, ut astate per solem.

Olea multa ex infusione florum, vel rerum aliarum permixtione parantur, insolanturq; diebus vel pluribus, vel paucioribus, pro infusæ rei quantitate & viribus. Calidiora namque & sicciora, aut nulla aut pauca egent insolatione, frigida & humida diuturniore.

Par est ratio de aceto, variis floribus alterato. Rosaceum enim diutius debet insolari, sambucinum minus, & quod allia, mentam & vetonicæ garyophillatae flores admittit.

Refrigeratio quoque medicamentorum ad apothecarium spectat. Quae enim post coctionem ei desiderat, ea ipsa refrigerat, ut gelatinam: Quæ etiam calore preparata in pharmacopolioreponit, ut ele-

Refrigera-
tio.

etaria solida, conseruam sicciam, & emplastria. In hoc vero differt refrigeratio ab extincione, quod quæ extinguuntur, refrigerantur, non contra.

CAP. XVI.

Deputrefactione & fermentatione.

PVTREFACTIONEM ab externo semper oriri calore, in materia humida, ex Aristotle docuit Galenus cap. 9 libr. 1 de diff. & comm. ad part. 1 libr. 3 epid. Ut enim calor internus coquit, non corruptus: Sic quod omni ex parte siccum est, nunquam manifeste putrebitur: neque siquidem regula, nec aurum, nec argentum putreficeri cernuntur.

Et quia putrida ab alieno calore talia sunt, putrefactio coctio quedam est, ut cum medicamenta quedam materia putreare reliquitur in ampulla sepulta fimo, seu ventre equi, ut loquuntur Chymistæ (sic enim forsan arti scita ficta nomina donant) dies tringinta & aliquando quadraginta, qui postrem terminus ab illis vocatur mensis philosophicus, ut & liquor putrefactio- nis, menstruum.

*Mensis phi-
losophicus
chymicorū.
Menstruum
quid chymi-
cis.*

Hunc autem præparationis modū Spagyrici tanquam peculiarem sibi vendicant: Galenus tamen multis seculis ante illos natos, *calcitum* & *lithargyrum* olla noua cum aceto excepta, & obruta fimo putreficeri docuit. Nostra zetatis pharmaco-pœi Galenum quoque secuti, surculos puli nigrae plures menses macerant & putrefaciunt, vel axungia porci, ad cōficiōnē ynguenti populeonis, vel oleo ad medicamenta acopa seu lassitudini cōferentia.

Fermentatio non tantum ad medicamenta, sed potentina & esculenta pertinet: fermentatur enim massa triticea subasta, ut ex ea panis conficiatur & suauior, & salubrior.

Fermentantur vinum & zithum, dum effervescent, frig; tunc sinceri sucii a fecibus segregatio fermentantur quoque syrupi, conseruae, & electuaria, dum recens parata in vasis effervescent.

Fermentatio.

Sua est chymicis fermentatio, quam interdu-

terdum viuificationem, & aliquando resuscitationem vocant. Per eam enim, inquit, velut ex mortuis reuocatur destruncta materia, & vires acquirit nouas.

Talem fermentationem vani pollicentur aurifices ad metallorum transmutationem, sed fermenti materiam nondum norunt, nec conficiendi modum.

CAP. XVII.

De dissolutione.

Alegorias.

MEDICAMENTA varie solent immutari, priusquam exhibeantur: ut plurimum vero cum integra displiceant, tritura quadam & dissolutione in succo quodam apparantur. Est autem dissolutio *velut tritura quadam*, per quam medicamenta tam simplicia, quam composita diluuntur in humore quoipiam idoneo, ad consistentiam mediocrem: & aliquando liquidorem, vel crassiusculam pro variis Medicorum scopis.

Dissolutio-
nus usus
multiplex.

Ob varios autem usus medicamenta dissoluuntur: *primo*, vt facilius assumantur: *dein*, vt promptius aliis miscantur ad compositionem: *tertio*, vt citius distribuantur: *quarto*, vt in affectam partem penetrare valeant, & illic, si fuerit opus, diutius immorari, ut cum in vterum, vesicam, intestina, aut yleus sinuofum liquida medicamenta iniiciuntur: *quinto*, medicamenta dissoluuntur, & postea queant percolari, atq; vt illorum virtus ab excrementis repurgata, citius partes subeat interiores.

Lithontri-
ptico.

Sic medicamenta, quæ calculos atterunt, dissoluuntur interdū in vino albo, aliquādo in *succo limonum* & *aqua parietaria*, *raphanorum*, aut simili, vt facilius renum cuniculos & vreterum ductus possint perudere. Contra quæ sputo mouendo impedimenta mouenda, rantur in liquore quodam spissiore, vt syrupo bechico dissoluenda, vt potius ecleigma vel linctus, quam potus apparetur.

Anachary-
sis quomo-
do mouenda.

Vt vero dilutioni inseruit tritura, sic & infusio, & saxe calefactio. Quæ enim durant, aut lenta, vel viscida, vix possunt dis-

soluti, nisi prius terantur aut infundantur, & saxe calefiant ad ignem aut solem.

Sic multa medicamenta statim diluvantur trita, & multæ terrarum differentiæ: alia non nisi diu agitata, ut *blattæ byzantie*, *concha*, *opium thebaicum*, & infinita alia: quædam maceratione & calefactione elegant, ut gummæ multæ, quæ, ut dissoluuntur, debent prius aceto forti, vel aqua vini, aut vino generoso macerari.

Non autem in quois succo aut liquore metallica, atq; eriam mineralia facile dissoluuntur, sed vel in *succo limonum*, vel *aceto distillato*, aut aquillis, quas Spagyrici valentes nominant. Ideoq; non omnia in omnii liquore dissoluuntur, sed in idoneo & quasi determinato. Terebinthina enim dié naturalem in aqua aut decocto ducta, vix unquam diluetur, nisi quid ex ouorum vellis superaddatur.

In summa liquantur igne axungiae, medullæ, pinguedines, ut dissoluuntur, & ingrediantur facilis vnguentorum & emplastrorum compositionem. Diluuntur species aromaticæ in aquis cardiacis, vel alterantibus pro epithematis. Soluuntur catapotia, vel alia purgantia tam simplicia, quam mixta in aqua vitæ, vel alia conuenienti, ad extratorum elicendorum artificiosam sedulitatem. Denique solida quæ sunt, cum ea forma non possint aut debeat exhiberi, prius sunt atterenda, & idoneo succo, aut humore dissoluenda, vt facilis & vtilius assumentur.

CAP. XVIII.

De liuatione.

POSSUNT quidem omnia dissoluti, prius, vt decet, appara, sed paucaliquari. Vruntur namq; lapides, accenduntur ligna, concreta tamen cum non sint à frigore, haud quoque liquantur. Est enim liuatio, ait Aristot. cap. 6. lib. 7. meteor. eorum, quæ à frigido concreuerunt, in liquidorem consistentiam ac fluxilem, à calore facta solutio, vt adeps, medulla, oleum hybernum, & similia, quæ cum leui frigore coeant, leui quoque calore funduntur.

Liquatio
*quid.**Sed*

Sed quæ vehementi ac diurno frigore
obriguerunt, & gerrime liquefunt, ut au-
rum, as, & ferrum; quorum sane fusio ad
eos potius, qui metallica, quam qui phar-
maceutica tractant, pertinet.

*Dissolutio
non nisi fit
cū humore.*

Diffrat autem liquatio à dissolutione,
quod liquatio semper fiat à calore & sine
autrato cum humore, dissolutione vero sem-
per cum humore, & raro cum calore.

A calore solo facile liquatur plumbum,
sylphur facilius, pix, & resinae. In aqua cali-
da nonnunquam liquantur sal, manna, sa-
charum, gummi, hedera, pruni, iuniperi, &
pleraque alia, quæ sic sepe funduntur, vt
dissoluantur.

*Quomodo
metalla fa-
cile liquen-
tur.*

Chymici pyrotheeniam illustrarunt,
multaque adiuenerunt, quibus ars fusio-
ria ditatur, vt cum illorum doctrina, sal am-
monius semel sublimatus cum sale com-
muni, postea bis per se, statim fluere facit
dura metalla. Alter quoque breui cuprum
funditur, si inter liquandum aliquid vngu-
ix caballinae iniciatur.

Porro magnus est liquationis in phar-
macia usus. Efficit enim, vt medicamenta
formam mutent, & aliâ nanciscantur; tum,
vt purgantur & eorum pars impurior à
syncera & puriore separetur.

C A P. XIX.

De mollitione & duratione.

MVLTÆ medicamentorum prepara-
tiones tantam inter se habent affi-
tatem, vt ea dem fere iudicentur, vt liqua-
tio & mollitio, quæ tantum secundū magis & minus videntur discriminari, ita vt
mollitio sit liquationis principium. Cun-
cta enim, quæ liquantur, prius mollescent,
& multa postquam fuerint emollita, si
diutius calefiant, liquefunt, non tamen om-
nia. Ebure enim, vngues & cornua pos-
sunt emollii, non liquari.

Fit autem mollitio duobus modis, vel
solo calore ignis, solis, aut animalis, vel rei
cuiusdam putrescentis, vel affuso humore,
vt cum cæra emollitur in aqua calente; aut

*Mollitionem
fieri duobus
modis.*

cum massa quædam medicamentosa duri-
or in aliquo syrupo aut succo idoneo ma-
laxatur, vt mollescat, & tactui cedat. Arbi-
ter enim duri corporis & mollis tactus est,
ait Galenus, cap. vlt. lib. 3. de differ. puls.

*Vniones, concha, & horum pulamina, a-
ceto destillata macerata adeo mollescunt,
vt ad libitum tractentur, & ducantur. Ebri-
quoque zytho creditur emolliri, atque et-
iam, dum sex horas cum radice mandra-
goræ percoquitur.*

*Cornua mollescent igne rarefacta, aut
aqua diutius cocta, vel sub fino per septem
dies sepulta. Et corallia succo berberum, &
margarita succo limonum, & lapides multi
certi liquoribus, vt decet, apparatus cre-
duntur emollii.*

Porro cum dura sint, ait Galenus, cap. r. *Durationis.*
lib. 4. de dignos. puls. quibus caro nostra ce-
dit, & mollia, quæ carni, durationis & mol-
litionis, vt oppositorum, eadem erit ratio
doctrinæ. Locum autem habet in Pharma-
cia duratio, in medicamentis compositis,
quæ ad conseruationem & usum, plus, mi-
nus siccata, solidaque debent esse, cuiusmodi
sunt, electuaria, conseruæ siccæ, emplastra,
pilulæ, trochisci, & miuarum genera.

Indurantur vero medicamenta frigore, *Quot modis*
calore, & rerum siccatorum admistione. *medicamenta*
indurentur. Fri-
gore, quando, quæ liquata sunt, aut tantum
emollita, ab igne remouentur, & aeri ex-
posita refrigerantur & coalescent. Calore,
dum adiustam consistentiam medicamē-
ta coquuntur, & pars humidior absuntur;
tunc enim sicciora redditæ indurantur. Ad
mixtione quoque rerum siccatorum medi-
camenta durescent, siue vt diutius asser-
uentur, siue vt consistentia facilis & feli-
cius exhibeantur.

C A P. XX.

De siccatione.

QUÆ in hyemem sunt asseruanda sim-
plicia, vel ad nos è peregrinis regio-
nib. aduehenda, priusquam in arculis, aut
pyxidibus & sacculis reponantur, debent
accura-

Quare medicamenta siccantur.
accurate siccari. Excrementosā enim illorum humiditas coacta , nec diffusa cito corruptitur , peritque tunc salutaris cuiuslibet medicamenti qualitas.

Neq; vero conseruationis gratia tantū medicamenta siccantur, sed s̄epe ut puluerētur, vel ut viribus polleat in signioribus. Quicquid vero humidius est, & aridū expeditur, id ipsum vel igne, vel sole siccādū, vel in umbra relinquendū per flatili, pluvię & pulueris experte, donec tabescat, illiusq; superflua humiditas penitus disipeat.

Qua in sole melius siccantur.
Ignis calore siccantur ad puluerationē, quæ in fornace, vel cibano v̄runtur, vel in carbonib. accensis, vt ossa, vngues, cornua, conchæ, vel in olla fistili, ut pili animaliū; & que partaginī calidē imponuntur, vel catino, aut calatho excepta, supra aut intra furnum, à quo panis de nouo extractus est, reconduntur. Sic enim pruna, pyra, cerasa solent desiccare, fructusq; aliū humidiore.

Solis calore siccantur estate & autumnō potissimum folia & flores, quorum color in his ardīs expeditur, ut etiam semina, quæ collecta ante perfectam maturitatem, vel cœlo pluviōso, vel necessitas rei cogit aliquando, vix nisi sole aut igne posse sunt exācte siccari.

Radices quoq; crassiores & magis succulentæ, nisi minutius diuidantur, melius in loco soli expositi, vel aeri per flatili & aquilonio, quam in umbra ventis non agitata siccantur, estq; multorum minus idonea desiccatio, nisi præcesserit in solatio.

Quomodo cortices & flores secandi.
Paruæ tamen radices in umbra facile arescant, ut aliae maiores, quæ per frustula, ac taleolas incisæ & transfixæ filo, vmbroso aeri, ac ventoso & minime pluviali expoununtur. Facilius vero folia, quæ manipulis ligata, in folio pensa, partim aeri externo, partim calori ignis fere iugis officinarum exponuntur: Omnia facillime flores. Papyro enim aur catino excepti & subinde versati cito secantur.

Exsiccata vero folia sacculis cannabi-nis, aut papyraceis reponuntur, radices, flores & semina, vasis vitratis aut lignis,

Flores nenupharis quia crassiores & humidiore sunt, filo transfiguntur, ut sic aeri expositi, commodius arescant. Eodem modo & *cortices arantiorum*, *limonum*, *granatorum*, & lignosæ radices in officinis solent desiccare.

Pulmones vulpium in vino loti siccantur in cibano parum calido, priapi cerurum in aere libero, intestina lupi in umbra, fucus & passula in solatu, ut & confectiones solidæ, quæ post condituras in sacharo, sive syrups debent assertuari.

C A R. XXI.

De expressione.

*V*T purior tenuiorq; medicamentorū substātia separetur à terrestri & crassiore, valido s̄epe compressu opus est, quæ cum solæ manus exequi minime valeant, pralum quoddā sive torcular à Mesueo est *Prelum seu inuentum*, quo medicamenta sacculo extorculari cepta, aut panno forti, ut cannabinō, aut ius si in setaceo inuoluta, tam valide comprimuntur, ut tenuis substātia tota exilire cogatur, remanente crassiore & magis compacta.

Sic in torculari ab vuis attritis vinum *Pomaceum expressum* in dolia aut cupas delabitur. Sic qui fiat. pomorū edicuit succus ad pomacei aut *Intinctus Syrupi regis Saboris* confectionem. Eo- *viridig*, demque modo seplasiarii plantæ frumentaceæ nondum adolescentis succum extrahunt, ad condimentum illud cum pane aceto pane tosto, & speciebus aliquot parandum, quod intinctum viridem nominant. Quibusdam Græcis *ωντονιώδης*, vinum ex herbis vocatur.

Vinum ex herbis.
Pleraq; tela excipiuntur, dein manibus herbas premendo contorta, sufficienter expri- *Aqua ali-*
muntur, ut succus agresta, portulaca, *Eplan-*
minosa gignaginis, proqua aluminosa, additis ouo- *bis conficit.*
rum albuminis & alumine.

Simili modo fit expressio *rhabarbari*, *vel agarici*, aliorumq; medicamentorum in decocto, aut aqua conuenienti infuso- rum, ut ex his, quod profuturum est, habeatur, ciiciatur, quod nocitum.

G Acacia

Acacia.

Acacia ex succo seminis spine Aegyptia exprimitur, qui siccatus in umbra, niger, si ex maturo semine, subrufus, si ex viridi eliciatur, appetit.

Expressio igitur statim quando succi tam-
tum simplicis alicuius medicamenti, non
nunquam eiusdem in decoctione vel aqua
macerati, ut cum exprimitur infuso oleo-
rum, & decoctio syrporum & apozematum.
Mel Anacardium exprimitur ex *Anacardiis* exiguis ac re, entibus diutius co-
atis. Ex his n. sic tabefactis, liquor aliquis
enat fere mucaginosus, quem mel *Anacardium* appellant. Quod ut probe fiat
secundum Arnaldum de Villa noua, cap. de
memor. defect. debent *Anacardi* teri, & die-
bus septem in aceto macerari; octauo co-
qui lento igne ad duarum partium dissipa-
tionem. Colatura autem cum melle cocta
a multis perhibetur mel *Anacardium*.

*Mel Anacardium qui fiat.**Quomodo succi diu sine putre- dine fer- uandi.*

Ut expressi succi diutissime seruentur
absq; purpureo, sal admiscetur, vel repon-
nuntur in vase oris angusti, superfuso oleo
sufficiens, ut digitis crassitudine.

Infusa medicamenta & succi nunc leui,
nunc forti expressione extrahuntur. Olea
vero simplicia, vix nisi validissimo cōpres-
su extrahe queunt, sive cum, sive sine igne.
Ut quoque enim modo educitur amygdalini-
num, & quod ex nucibus, pistaciis & fru-
tibus multum oleosis elicitor.

C A P. XXII.

De extractione.

Euphorbiū, unde & quomodo colligantur.

OMNIS expressio quædam extractio
est, sed non contra: Nam multa ex-
trahuntur sine expressione, ut succi & resi-
nae ex plantis incisæ vel percussis; sic enim
euphorbiū ex Lybica arbore conto vul-
nerata extrahitur, nam succus est plaga con-
festim stillat in pelle ouinas arboris circu-
ligatas; Tanta siquidem eius est acrimo-
nia, ut gustum & olfactum molestissime
feriat, & ardorem orinaribusq; maximum
excitat. Propterea rustici quidam vocan-
tur ad huius succi collectionem, qui spe
mercedis allesti corticem arboris feriunt

elonginquo, ut minus ab acerito eu-
phorbiū feruore ledantur; nunquam tamen
tutac illæsi discedunt.

Ex fructu *cucumeris agrestis elaterium Elaterium*
extrahitur consilio Dioscordis, c. 148. lib. quomodo
4. hoc modo: Decerpit cucumeres, qui ra- parandum.
Et primus exsultat, seruantur una nocte.
Postridie imposito supra craterem aut pel-
lum rariore cribro, utrisque manibus pre-
hensis, sigillatim supino cultro, sursum ver-
sus aciem habente finduntur, atque per cri-
brum humor in vas subiectum exprimitur,
& quod carnosum eribro lessit, ut facilius
exudet, eliditur. Humor in pelui agitat, de-
in residere sinitur. Tum linteo opertus sol
exponitur: cum steterit supernans aqua i-
dentidem effunditur, qua partim effusa par-
tim exulta, quod remanet sedimentum in
mortario teritur. Et cogitur in pastilos.

Ex plantis integris, vel earum partibus, *Succē*,
extrahuntur non modo succi, ut *hypocistis*
ex germinibus ad natis cistis radicibus, *luc-
cus glycyrrhiza* & *laerpitii seu Cyrenia-
eus*; sed alii quoque varii liquores, exinci-
fis arborum, & fruticum cortice, & stipi-
tibus, vi gummis, resinae, lacrymæ.

In gummi erau numerantur ammonia-
cum, *sagapenum*, *oponax*, *galbanum*, *beldi-
liū*, *myrra*, *styrax*, *thus*, & alia multa, quæ
pro varia cuiusque natura facilius, aut dif-
ficilius extrahuntur. Nonnulla sine arbo-
ris vulnere, dehiscente per calores æstuos
cortice, sponte defluunt.

Resinae extrahuntur facilius, quia ma-
gis fluxiles, & fere sine manuum auxilio
decidua, ut quæ ex *Terebintho* lacryma-
tur, quæ resinis omnibus antecellit, ait
Dioscorides cap. 67. lib. 1. Proxima lenti-
scina, dein, quæ è pinu & abierte extra-
hitur.

Inter lacrymas multa locum habent, vt
aqua è vite resecta defluens, lactithyma-
lorum omnium, & papaverum succus ille
crassior, qui dum plene coaluit, *opium* no-
minatur.

Sauciatur ergo in plantis multistantum
cortex, inde stillat *duxpur*, hoc est, lacryma
in pel-

In peluim aut aliud vas appensum. In multis radix vulneratur, vel secatur omnino: interdum & rami. Ita Balsamum extrahitur cortice fruticis praeciso, cultello quodam eburneo. Ferrum enim sine magno sui dispendio tolerare minime potest.

Fit adhuc oleorum extractio, sed modo multifariam artificio. Vel enim extra hunc deutilatione, que fit per ascensum, vel descensum, de qua plenae sunt Chymicorum farragines; vel expressione; vel infusione: de quibus iam *supralocuti sumus*, satisque loquemur in pharmaceutica officina.

C A P. XXIII.

De extractis Chymicorum.

Non paruum est discrimen inter extractionem Pharmacopeorū & Chymicorum: illi enim liquorem tantum quedam, vel lacrymam, refinam, & gummi, vel quid simile ac fluidū extrahunt, secernuntque à substantia crassiore ac solidiore: Hinc vero non modo corpus illud crassum deferrunt, sed & tenuorem substantiam exhalant, relicta eius portione crassiuscula ac paucula, cui, ut subiecto, virtus vnta adhuc resicit. Vnde extractum quasi essentiam à corpore separata appellant.

Eiusmodi enim extractum parua mole vires habet eximias, illiusque dragma non minoris est efficacia, quam vncia medicamenti tota cum sua substantia crassiore exhibita.

Solent vero his extracta dati, quorum nauseat ventriculus super pharmacopeorum medicinis, & quibus maxima est rei familiaris vberitas. Extractum enim *rhei* aut unionum pauperi prescribere, vitam illi eripere est.

Extractum quomodo parandum. Fiant autem extracta ex medicamentis tam simplicibus, quam compositis sepius hoc modo. Immergitur medicamentum minorum incisum, vel si fuerit massa cataractiorū aut electuarii, dissolutur in aqua vita optima, vel alio liquore idoneo, ita ut ad duos digitos emineat, in vase bene ob-

turato; tū relinquitur duos aut tres dies in loco calido; dein valida sit expressio; quæ postea in balneo Mariæ ponitur, ut separatur aqua vita à facultate medicamenti, quod exigua quantitate crassiusculum remanet in fundo vasis; Tuncq; colligitur, & repunitur in vase vitro, aut stellili, sed vitrate.

Cum validius extractū quis parare voluerit, in priore expressione aliud eiusdem generis medicamentum macerabit, & post diutinam ac perfectam infusionem exprimet, vrante. Idque ter, aut quater, si extractum potentius expetierit; tandemque facta expressione ultima, vel ignis calore blando, vel balneo Mariæ segregabit a quam vita; vel in solitu dissipabit, solo remanente extracto, quod exiguo corpore viribus est eximium.

Rhabarbarum & alia medicamenta pretii majoris, post primam macerationem & expressionem abiicienda non sunt, ut vulgariter, sed bis, aut ter, vel etiam quater, in alia aqua vita infundenda, donec colorem & saporem prorsus amiserint, & quicquid illis inerit virtutis, in aquis ipsis reliquerint: tū enim fieri debet ultima expressio, quæ alii miscetur, à quibus omnibus aqua vita separatur, per balneū Mariæ, quo usq; subsidentia, seu extractum relinquatur.

Non vero semper extracta fiunt per aquam vitæ, sed multoties per herbarum decocta, aquas stillatitias, & aliquando per aquam pluuiam velfontanam. Massæ enim *Extractum pilularum* nonnunquam macerantur in aqua pilularum. quia pluuiia per ostium, adhibitis, si videatur idoneum, succis buglossi, vel betonicae, vel alterius pro exigentiarei. Postea igni lentissimo coquuntur, filtrantur, & coagulantur.

Hoc modo *rhei optimi minutum concisi Extractum libra vna maceratur per diem integrū, in rhei.* libris duabus succeorum depuratorū borraginis & fumariae; deinde igne lentissimo coquitur, donec succi absumentur: tunc sit expressio fortis, quæ denuoigne coquitur lēto in diplomate ad mellis crastitudinē. Sunt, qui lachari duas uncias adiiciunt,

ciunt, sed augetur moles, & hebetur extractus.

Multis aliis modis extracta parantur, quos pluribus persequi nostris nunc non est instituti, quandoquidem Pharmacopei instituendi methodum, non Chymici meditamus.

C A P. XXIV.
Decibratione.

VT agricola paleas & acus à tritico excutit vanno, sic ab optimis marcida secernit semina cribro, ipsi potius quam Pharmacopœo, cribratio competit, sed veteri, illo virtut instrumento ad farinam à furfure secernendam, quod tamisium vulgus nominat, non nulli incerniculum, & aliquando setaceum, quod ex seta equina concinnetur, interdum ex tela cannabina, & aliquando ex sericea. Cribrum vero fit ex pergamenâ multis foraminibus rotundis aur longis peruvia, per quæ lolium & semina minutula facile descendunt, remanentibus succulentis, ac melioribus. Vsurpatum itaq; cribratio pro eo medicamentorum apparatu, qui cribro, aut incerniculum peragitur.

Estaem multiplex huius preparatio-
nis usus; per eam enim sios seminum molitorum, seu farina à furfure separatur: Radices costæ à corticibus mundantur, & fructus ab acinis repurgantur.

Pulpa quoque fistularis cannae cribro equina tela concinnata transmittitur, vt medulla sic à filiis conficitur & semini- bus purgata sola extrahatur.

Eodem modo & Tamarindi & daftyli macerati aceto vel alio liquore per setaceum traiiciscent ad definitos usus.

Semina multa coquuntur ad crepatu- ram, vt radices & folia ad putrilaginem, deinde transmittuntur per setaceum crinibus equinus concinnatum ad cataplasmatum, vel aliorum diuerse formæ remediorum confectionem.

Pulueres cardiaci, reticulam alii, qui me-

dicamentorum compositiones ingrediuntur, tamisio sunt tenuissimo cernendi, & maxime qui obstructionibus liberandis, vrinæ & mensibus mouendis dicantur. Quo enim tenuiores sunt, eo cito ad partes attingendas deferuntur.

In quibusdam pulueribus cernendis tamisio setacea exquiruntur, in aliis multi- tia, vel quæ ex linteo sunt tenui & raro.

In summa cribratio fit ad mixtionem commodiorem rerum pulueratarum, vel certe iam mole minimarum, & ad tenuioris portionis saepè melioris, à crassiore sape deteriori, separationem.

Vt autem varia sunt, quæ cribrationi in- serviant instrumenta, sic varius cribrandi modus, nam proprie Cerealia, vt & leguminæ cribro excepta suspenso, manu agitantur, & hac illac versando semina, quæ mala sunt, ablegantur, retinuntur, quæ bona.

Eodem modo cardiaci pulueres cernuntur, cribro inter manus versato, nec violenter succussato, vt tantum pulueris pars quomodo tenuior transmittatur, relisto crassiore.

Nonnulla vero vt optime transmittantur, debet incerniculum numeroso per- cussu in abacum aut aliud corpus solidum succussari, ne partes crassilculæ cribro impingantur. Proinde terenda fere sunt omnia, antequam cribro volutentur. Et quæ cribrum vix permearunt ob crassitudinem, denuo terenda, donec ob tenuitatem tota transmittantur.

C A P. XXV.
Decolatione & filtratione.

QU A ratione medicamenta sicca cri- brantur, eadem colantur humida: Vt enim fordes omnis secernatur, habeaturq; purus humor ac syncerus, colo transmittitur, vel dento, aut raro, vel textura mediocri, pro rei exigentia & commodiore usu. Ideoque pharmacia proceres iubent in officinis multa colla asseruari rara, aut densiora: eq; vellanea, vellinea, aut cænabina, vel setacea, & saepè detrita; saepius tamen noua.

Cribra-
tio-
nis usus.

nous, ut validiori compressu totus succus colandæ rei absque tela crepatura trai- ciatur.

Ad crassum & viscidum & colaturam quid requiriatur.

Vt recte colentur crassa & viscida, tria expostulant, vt ampliore humore diluantur, vt colo traigantur rario ac nevo, & diutius calefiant ante colaturam. Sic enim illorum densitate magis rarefacta faciliter transmeant. Myia seu gelatina carnium & fructuum, sic prius calefacta colatur. Et mellis genus omne, & manna per os ex liquore quadam sumenda, vt res quedam extranea ac sordida, si quæ sit admixta, per colaturam separetur.

Quæ tenuia sunt, vt succus herbarum, limonum & multorum fructuum, tepida solari solent, & sæpe frigida; Sic namque terrestrier pars ac crassior remanet, træcta a puriore ac magis sincera, veluti defecata. Lac tamen colatur frigidum, nec non aqua turbida; vt ab illo pili, si qui sint allapsi, ab hac vero, vt conspircamenta secernantur. Sæpe tamen per residentiam aqua id omne separatur, à quo turbida redita est, ut in cisternis videri potest.

Vinum quoque Hippocraticum ter aut plures colatur frigidum per manicam lanœm, oblongam & acuminatam, ad sachari, vini & aromatum, quibus conficitur, mixturam & consistentiam iucundiorum.

Quædam tamen non nisi calidissima percolanda sunt, alia frigida, quedam tepida. Et multa unica tantum collatura egent, quedam duabus, & nonnulla tribus, donec clarescant.

Apozemata percolantur stamine vulgaris extenso; interdum & sacculo lanœ, aut lineo; Syrupi vero, qui ob sachari vel melis admixtionem & longiore coctionem crassiores sunt, nec tam facile transmeantur, dum percolantur, egent.

Simili modo decocta colantur, quib. vnguentia parantur, vt etiam vnguenta ipsa liquefacta, dum quid crassifculū, quod vim pustillia ut ignis effugerit, secernendū est.

Multorum medicamentorum tenuior portio à crassiore segregatur per aliam colationis speciem, quæ filtratio nunc upatur: Quo apparatus modo solent vti, qui lac virginale dictum conficiunt vel tenuiorem aliquis medicamenti substantiam tantum expostulant. Fasciam enim lanœ, duos, aut tres digitos latam & oblongam afflumunt, cuiusque extremum in vase fundum, quod medicamentum filtrandum continet, immergunt; Alterum vero extra vas ascendens in aliud vas propinquum spectat, ac propendet, in quod humorum, quem à priori vase continenter quasi suendo trahit, stillatum eructat.

Filtratio.

C A P. XXVI.

Despumatione.

DE SPUMATIO dicitur; cum spuma spumagin- innatans derrahitur vel cochleari solo, vel penna, si pauca fuerit, vel colatura. Nam cum spuma sit succus quidam lentus includens flatum; generatio enim omnium spumeuarum substantiarum mixtura perficitur, inquit Galenus comm. ad aphor. 43. libr. 2. quarum spirituosa una est, altera humida, proinde varia agitatione mouetur ac dissicetur; Idcirco spuma secernenda ouorum adduntur albumina, quæ suo lentore & visciditate eam ipsam cogant, ac colligent, vt quando gelatina, syrupi multi & apozemata coquendo despumantur.

Cum autem motus & calor sint efficientes cause spumæ, nihilque crudum & immotum spumescat, despumari tantum debent quæ agitatione vel coctione spumam edunt.

Vt mel aut sacharum despumetur, humoris & aqua portio, & sæpe dupla adiicitur, dein coquendo, spuma cochleari pertuso deraditur, ne simul cum ea ipse humor, in quo sit concoctio, abiiciatur. Quod si hac arte imperfecta videatur despumatio, singulis libris singula ouorum albumina adiunguntur, quæ continuata elixatione simul vt indurantur, spumam colligant, vnde postea spuma facilis est à liquore secreto.

*Spuma effi-
cientes cau-
ses.*

tio, vt quæ per colaturam vna cum albuminis in colo seu stamine relinquantur, humore sincero solum transmissio. Si mel valde impurum est, cum triplo humore coquitur ad dimidias, vt optime despumetur. Idem iudicium de ceteris rebus despumandis valde impuris.

*Quando mel
per se despumandum.*

Per se autem mel aliquando despumatur & purgatur, si modo cuiusdam alienæ qualitatis expersit, vel cum tam longam coctionem sustinere non potest viribus integris, vt ea, quæ cum illo admiscentur: Tunc enim præstaret non despumatum miscere, quam cum miscendis despumare.

Sacharum despumandum tamdiu coquendum est, vt post despumationem admixti liquoris vnciae duea aut tres solum, pro sachari libra supersint.

Condiendi fructus dum coquuntur cum sacharo, aut mellis portione, vt nonnulli faciunt, solo cochleari despumantur, vt decocta & succi laneo colatorio. Solent enim traiici per pannum extensem clavis affixum, vt spuma & feces desuper relinquantur.

C A P. XXVII.

De clarificatione.

*Clarificatio
quid.*

CLARIFICATIO est sordium crassiorum à medicamentis liquidis expurgatio; sic enim gratioria palato redduntur, & faciliter distribuuntur. Clarificantur autem multa per se sola, dum portio magis facientia subsideat, vt succus pomorum, arantiorum, citriorum, buglossi, acetosa: Quædam despumatione, alia coctione, nonnulla coctione, additis sæpius albuminis ouorum; aliquando etiam sine his; vt cum succi plantarum & fructuum coquuntur ad tertiarie partis consumptionem, deinde biduum finiuntur, donec clarescant. Vnde clarificatio modis quinque fieri dicitur, quiete, colatione, despumatione, acetii vel acida rei mixtione, & albuminum ouorum cum re clarificanda agitatione, & coctione. Decocta enim & syrapi si acetum recipiant, per se magis ac magis acetivi purgant.

*Clarificatio
quot modis
fit.*

tur. Ouorum autem albumina scopulis ægitanda sunt, donec tota spumeescant, tum syrups admiscenda vel decoctis, quæ postea re oquuntur. Et ubi coctione perfecta perfecte albuminis spuma colligata est, artificiose deradenda ac separanda vel trajectio communi, quæ fit per pannum quatuor angulis totidem clavis firmarum; vel colatura magis particulari, quæ fit per manicam Hippocratis. Debet vero ter aut quater iterari colatio, donec syrups aut decoctum plane claruerit.

Recentiores quasdam potionis forma iulepi conficiunt, quæ cū consistentia valde claræ, Claretæ nuncupantur. Tales vero redduntur modis superius enumeratis.

C A P. XXVIII.

De aromatizatione.

A ROMATIZATIO dicitur artificiosus Aromatizatio preparationis modus, quomedicamenta magis odorata ac suaveolenta redduntur, ad gratiam palati, cordis, ac facultatis vitalis, & animalis robur & oblationem. Medicamenta siquidem ventriculum subuententia, si caryophyllis aut cinamomo, aut aliis aromatis condiantur, minus infensa sunt, ac molesta partibus præcipuis, & salubrarius hamores excrementitious persecessum, aut etiam vomitum, si contigerit, edificantur.

Licet autem aromata calida sint omnia Quæ aroma Galeno, cap. 15. lib. 2. de aliment. facultate hanc vel temque vitalem exhibarent, quædam tamē illam partem magis respiciunt cerebrum, vt caryophylli, corporis magis cor vitae fontem, vt cinamomum; gis respiciunt. alia ventriculum, vt nux moschata; alia iecur, vt santali; & quædam vterum, vt moschus, ambra, zibethum; non quod sane his delectetur vterus sub odoris specie; organum etenim non est odoratus, sed afficitur Vterus quanto odoribus ratione materie tenuissimo afficiantur, seu vaporis aerei, quo recreantur spiritus quibus genitalia turgere omnibus est in confessu.

Multas confectiones aromaticas descripsit Melue, ut diacynamonum, aromaticum, rosa-

rosatum, diamoschum utrumque, diambrā, electuarium de gemmis, & pleraque alia, quorum felicissimus est usus ad robur principibus membris conciliandum & conseruandum, putredinem arcendam aut corrugandam, & reficiendos spiritus.

Qui ex morbo conualefcunt, aut valde sunt fenes, satisque valent opibus ad iacturam virium resarcendam, confilio Medicorum, conditis solent uti paratis ex conservis, syrups & pulueribus cardiacis, quorum eximia vis aromatum odori suauissimo maxime tribuitur.

Cur medica. Similem ob causam syrapi multi aromatizantur confectione Alkermes, aut tro-

matizentur. chīcū gallia mochata, vel mocho, ambra, zibetho & aliis luuaeolentibus inclusis nodulo, ita vasi, quod syrups aut liquorem continet, alligato, ut circa illius medium suspenſus maneat. Sic enim aromatica vis exque distribuitur ad totum humorem, quod etiam norunt Oenopolæ, qui vinum fragrantius & suauius reddunt, suspensi in dolio zinzibere, cinamomo & similibus.

Quibus salces ad Venerē viuentur. Qui inter aulicos ditiones sunt, falaciores & magis desidiosi, ut belluarum more potentius ruant in Venerem, ad illiusque ludibriis sint vegetiores exercenda, ouis interdum vescentur sorbillibus, velfixis cum multo mocho aut zibetho, ita ut natu-

ram destruant magis, quam reficiant.

*Multi vero fructus, ut nuces & pyra, ante conditaram *cinamomo* aut *caryophyllis* configuntur: cum ut palato, tum ut cordi gratiora sint & magis amica. Iulepis apius aromatizantur aqua rosacea, apozemata *cinamomo* aut *santalō citrino*; opiatæ & condita confectionibus aromaticis, pomata *ambra*, *vel mocha*, ut alia multa medicamenta *styrae*, *belzoin*, *caphura*.*

C A P . XXIX.

De coloratione.

*L*ICET color docente Galeno cap. 2. lib. 1. Simpl. cap. 30. lib. de histor. philos. medicamentis difficultatem non ostendat, quia tamen qualitas est corporis visibilis, que

quod vel obſit, vel proſit magis aut minus expetitur: Ut enim nigredo videndi vires laedit, ut etiam albedo: sic viridis color exhilarat, ut præter experientiam Philoſophus ſcripsit Probl. 60. ſect. 31. Ex medicamentis tamen nonnulla magis expetatur alba, quadam rubra, alia nigra, vel alius coloris. Color autem illis acquiritur quatuor potissimum modis, lotione, agitatione, coctione, mixtione. Lotione candida fiunt multa, ut *oleum, serebinthina, cera*. Quædā etiam agitatione talia euadunt, ut *penidia, unguentum album Rhasis, emplastrum dia-*

*Coloratio
quot modis
acquiratur.*

chylon, & ceratum refrigerans Galeni: Ea n. omnia, quo diutius tractantur & subiguntur, eo magis albescunt, ut *pilula alba, Bechica, confectiones, & lacharata omnia*: Motus siquidem ſeu agitatione colorem expetitum medicamentis conciliat. Hoc non tam in enumeratis cernitur, sed manifeſtissime in vnguento crudo, quod ex lithargyro, oleo & acetato paratur. Haec enim tamdiu in mortario agitantur, donec formam vnguenti albescens acquirant. Coctione adhuc medicamenta magis colorata fiunt, aut albiora, aut nigriora: prout concoctio validior ac diutinior, vel imbecillior erit. Sic emplastrum ex ceruſſa cruda paratum candidum eſt, ex eadem vſta rubru, & ceratum, quod æruginem crudam recipit, viride eſt, quod vſtam, album ac melignum. Denique pro rerum admixtarum vario colore, varius eſt medicamentorum color. Quæ enim recipiunt cerum, flaveſcunt; quæ cinnabarum, rubent; quæ ceruſſam, albescunt; quæ cassia medullam, nigreſcunt.

*Vnguentum
crudum ex
quibus conſtituit.*

C A P . XXX.

De conditura, ſalitura, & fartura.

*V*T ſalitura & fartura potius ad popinā, quam Pharmacopolium ſpectare videntur, ſic conditura ad artem aromatariā. Medicamenta tamen iſdem interdum elegant: nam ſalitura plurimum facit ad conſeruationem, fartura ad ſaporis gratiam, conditura ad utrumque. Condiuntur enim non tantum fructus, aut flores: ſed & caulinii,

liculi, cortices, & radices tenellæ, tum ut diutius asseruentur, tum ut iucundius edatur. Sic radix zinziberis tenella, siliqua & cassia fistularis, qua non multum adoleuerunt, nucis moschata, myrobalani, & alii fructus exoticirecentes conduntur, ut felicius ad nos sine magna virium iactura e longinquis regionibus advehantur. Nostrates fructus dulces subacidis aut aliis saporis iucundi palato, statim atque selecti fuerint, & à cortice nudati, si sit opus (multienim non decorticantur, ut ribes, berberis, agresta) cum sacharo, aut melle vel vtroque coquuntur. Amari vel acidissimi & acres tamdiu in aqua macerantur, donec vehementem qualitatem deposituerint.

Solent vero potissimum Pharmacopei condituras, ut vocant, humidas parare, sicut dum cum sacharo & aqua, vel cum syrupo fructus, aut radices tamdiu concoquuntur, ut humiditatem omnem aqueam amittant, & cum syrupo perfecte cocto conditi ac reconditi asseruentur.

Aromatarii vero non solum condituras eiusmodi conficiunt, sed etiam siccas, vel loquuntur, qua fiunt ex fructibus vel sacharo extrinsecus incrustatis, ut tragedæ omnes species, vel intrinsecus coquendo sacharatis & postea insolatu exsiccatis. Fructus vero multi vel sale conduntur solo, ut cappares, vel addito acetō, ut cucumeres in frustula secti, ut portulaca, laetula, & multa olera, vel sine putredine ad hyemem usque possint asseruari. Sal enim miravim haber desiccandi & conservandi: unde carnes & pisces saliti in plures nontantum menses, sed annos, sine corruptela reconduntur. Ob eam rationem anima philosophis quibusdam dicta est *sal corporis*, quia quamdiu in ipso remanet, tamdiu ab omnibus putredine vindicat ac tuetur. Confert etiam ut medicamenta qualitatem aliam, præter peculiarem nancificantur, propterea carnes viperinæ & multorum animalium partes insperguntur sale marino, aut fossili, (sunt enim omnes eiusdem facultatis Galeno) coque paucò, si saporis;

vel copiosiore; si conditurae gratia adhibeatur.

Quæ autem alimenta medicamentosa Fartura desiderantur, si cauitatem habeant manifestam, fructibus aut herbis farciuntur, aut radicibus, quibus etiam s. p. configuntur. Nunc multa animalia farciuntur ante assivationem vel elixationem, ut palato magis arideant, & aliquando ut sanitati refaciendæ aut conseruandæ magis conueniant, ut cum polypodium, cappares passulæ, hordeum, vel aliae plantarum partes ventre exenterati caponis vel anseris includuntur. Gallinaceus annos usus hordeo solet farciri, ut similis cum facultate aluum subducendi, qua pollet ex Galeno & Oribasio, deterget & nutrit. Cucufæ s. p. farciuntur ecephaliticis pulueribus, exceptis bombace, sindone duplice intersuto, vel vt vulgus loquitur, interbastato. Similimodo paratur topicum remedium forma scuti, quod regionis stomachi adhibetur. Excipit vero pulueres roborates & stomachicos, quales prescribit solent in ventriculi debilitate. Proprie tamē fartura dicitur, per quam exenterata animalia, vel excavati fructus medicamentosis rebus, vel alimentosis, & aliquando aromaticis tantum ad iucunditatem farciuntur.

C. P. XXXI.

De destillatione.

DESTILLATIO est humoris aquæ. **D**estillationio vel oleo ex requaپiam vi caloris educatio. Fit autem ea vel per ascensum, vel per descentum, idque calore humido aut sicco. Humido calore destillationes fiunt in balneo Mariæ, & in vapore aquæ calentis. Balneum Mariæ, aut maris, ut aiunt **Balneum nonnulli**, dicitur *vas quoddam cupreum Mariae*, aut *aneum*, aquam calidam continens, in quod *vas aliud immittitur*, quod materiam destillandam contineat. Cucurbita seu boccia vocari solet, cui aliud *vas rostratum* super imponitur, quod vulgus alembicum seu *capitellum* nominat, dein glutting ex ferrina

Salitura.

Epicureis
anima pro
sale.

*Balneum
toris.*
rina & ouorum albuminibus facta, simili
arctissime compinguntur.

Destillatio in vapore aquæ calentis fit
quoque in vase duplice, vnum materiam
destillandam continet, & in alterū vas ob-
longum cupreū aut æneum immittitur a-
qua semiplenum, ita vt reliquat sursum suffi-
cens spatiū inter cucurbitam & aquam
bulbientem, cuius solo vapore sursum elati-
to, destillanda materia incalescat, & ad capi-
tulum rostratum vapores extollat.

*Varia sunt
forma bal-
nei.*
Varia utriusque balnei formæ describi
solent; quisque enim pro arbitrio aliquid
mutat, innovat, addit, aut detrahit, potius
ad vasorum elegantiam, quam destillatio-
nis facilitatem. In omnibus autem ignis,
qui causa est efficiens destillationis, tam con-
uenienti loco est astrictus, vt negotio
facili materia in boccia contentam ca-
leficiat.

*Ignis in de-
stillatione
quali.*
Debet vero ignis luculentus esse, nō fu-
midus, aut fétidus, vt qui ex ligno putri aut
carbonib. indebet extinctis paratur; atq;
ita regendus, vt nec valentior sit, & mate-
riam adurat; nec ita parvus, vt ante perfe-
ctum opus extinguatur. Antequam aqua
feruendo deficiat, alia substitutur calida,
aut saltem tepida, atque eo feruoris gradu
calefacienda, quem materia postulat con-
ditio. Quædam enim vapore tantum be-
nigno, alia validiore, nonnulla aqua fer-
uere commodius destillantur.

*Plantarum
destillatio.*
Plantæ recentes integra, vel earum
partes in frusta secta in humido balneo
conuenientissime destillantur. Sic & si
fuerint, humore quodam idoneo madere
debent ante destillationem. Sic enim a-
quæ destillatae plantarum vires & qualita-
tes melius retinent; sed quia sunt magis
excrementosæ, non ita possunt seruari. A-
qua tamen multæ sapores plantarum non
retinent, quod substantia terrena ita in-
hærent, vt calore etiam vehementissimo
non ascendant.

Balneum autem humidum aquis destil-
landis, siccum vero (si modo balneū dici
debeat, vt multis placuisse video) & aquis

& oleis educendis aptissime cōuenit. Pro- *Balneum*
prie quidē dicitur siccum, quod cucurbi- *siccum*.

tx non supponatur aqua, sed solus ignis. *Fornacis*
interpositis aliquando cineribus aut arena *structura*.
vellimatura ferri aut chalybis. Quod vt
commodo fiat, ea industria fornax astrui
debet, quæ ima sui parte ostium apertum
habeat, per quod cineres eximantur, quia
prunis accensis craticulæ transuersæ super-
positis deciderint. Super cratæm aliud pa-
tebit ostium, per quod carbones immitt-
tentur, dein super ostii concameratione, *Alembicus.*
trabeculæ ferreæ transuersim inserentur.
Tū desuper lebes æneus, aut figulinus, vel
ferreus collocabitur, in quem cucurbita
imponetur, sepelieturque adiectis arena
aut cineribus. Tandem capitellum rostra-
tum superponetur. In fornacis parte sum-
ma, quædam ventilia seu foramina consti-
tuuntur, per quæ fumus exilire queat.

Frequens nunc est usus instrumenti cu-
iudam cuprei, quod alembicum vocant,
in cuius camera inferiore trabeculæ fer-
reæ, quæ prunas dentes sustinent, conti-
nentur, in media boccia, in supra media capi-
tellum rostratum ac coniforme, & aliquā-
do rotundum cum refrigeratorio instar a-
heni efformato, vt copiosam aquæ quan-
titatem continere valeat, quæ dum vali-
dus incaluit, per epistomium in eius parte
declivius situm, effunditur, vt noua & frigida
denou affundatur.

In multis alembicis rostrum prominere
longissimum, rectumque, & sepe instar
serpentis, à quo subinde nominatur, flexuo-
sum, vt per dolium frigida plenum trai-
ciatur, & aqua prolectata magis concre-
scat & contemperetur.

Infernit quoq; destillationi, quæ sit per
arenam, aut cineres boccia quædam vitrea,
incurva, retorta, dicta vt etiam alia recta, *Retorta*
quæ à vesica nomen habet, figura ovali, vi- *vesica.*
treæ aut cuprea intus stanno obducta, quæ
his infernit destillandis, quæ facili negotio
in altu subleuat; vt radices, semina, folia,
flores, & aromata. Quæ vero difficultius at-
tolluntur, vt pinguedines, resinæ, lacrymæ,

H gummi,

gummi, retorta vitrea, densissima, aptius
sublimantur.

*Varia destil-
landiforme.*

Sunt vero tam variæ destillandi formæ,
tamq; varia destillandi instrumenta, & in-
strumentorum materia, vt vix possint certis
legibus coerceri. Vetus tamen hac inua-
luit cōfuerudo, vt vulgus Pharmacopœ-
rum plantas recentes multaque alia medi-
camēta destillet alembicis plumbeis intus
stannatis, quæ non tantum adferunt nocu-
menti, vt plerique reformidant. Vitrea tam-
ē & sigulina meliora sunt, sed quæ facile
franguntur, frācta eiiciuntur inutilia. Quæ
autem caloris vehementiam non sustinēt,
melius in balneo Mariæ destillatur, dein in
cineribus, in quib. vt in balneo, calor mitis
acte peratus asseruari potest ac fons. In
arena & limatura ferri nō item. Hæc enim
vix, nisi calor acerrimo incalescunt, vnde
oleis destillatione prolectandis cōmodis-
sime viupantur. Dēbet vero aquæ destil-
latæ dies aliquot in solarii in vasis charra fo-
raminulenta obturatis, vt impior magis
que excrementitia portio resoluator, si-
mulque impressum deleatur ignis vesti-
giū, quod aquas destillatas sole & comitari.

C A P. XXXII.

De destillatione per descensum.

VTROQYZ calore, & humido, & secco fit
destillatio, tam per ascensum, quam
per descensum. Per ascensum, quando vi
caloris ignis solius, aut aquæ, vel alius cor-
poris interpositi, materia in cucurbita la-
tentis portio tenuior sursum ad capitellū
aduolat, ibiq; condensata ad rostrū decli-
ue sīo pondere delabitur, & ad lagenam
aut vas aliud, recipiens dictum, rostro sub-
ditum effluit. Atq; vt destillatio per ascen-
sum sit pluribus modis, sic etiam quæ per
descensum. Alia enim proprie dicitur fieri
per descensum, quando sine exaltatione
humor eductus stillat deorsum. Alia per
inclinationem, alia per transudationem,
alia per laciniias seu filtrationem.

Quæ fit sine calore, vt exprimēdo & co-
lando, improprie destillatio nūcupatur, ad-

huncque locum minime debet referri.

Destillatio autem per descensum, ali- *Destillatio-*
quando fit sine calore, vt cum in aere vapi- *nem fieri in-*
ndo, vt in cella vinaria facetus suspenditur *terdum fin-*
impletus myrrha aut tartaro. Hæc enim, vt *calore,*
alia multa, in vdo loco diu affluata tabe- *Quomodo*
scunt, & suecum purum velut exudat, atq;
in catinus subditū emittunt. Frequentius *aqua edu-*
vero fit cum igne, cuius vinō solum aquæ, *catur per*
sed etiam olea per descensum prolectan- *descensum.*

Sic enim *aqua roſarum* aur florū quo-
rumlibet optime destillatur. Olla sumitur
cuprea, aut ænea, vel sigulina, panno tegi-
tulino, aut cannabino vnde quaque fir-
mirer succincto, roſæ desuper aut alii flo-
res imponuntur, dein patina prunis impleta
superponitur floribus, ex quibus calefa-
ctis exudabit aqua optima in ollam subie-
ctam. Ignis autem ita regendus, ne flores
adurantur, proinde multi prudenter char-
tam inter vas ignem continens & flores
adhibent. Sic enim vim caloris tutius per-
ferunt. His vero destillandi modus vt faci-
lis, sic plebeculae familiarissimus.

Sunt, qui in flimo aut alia re putrente a- *Destillatio-*
quas destillant, sed quib. facile carere pol- *in flimo.*
fit Pharmacopœus, penes quem mundities
omnies esse debet, & selectiorum remediorum
preparatio. Magis arridet illa destillatio,
quæ fit in calore Solis, hoc modo. Rosis aut *Destillatio-*
alii floribus impleta matula, olla alteri *in calore*
subiecte probe applicetur, & firmiter con- *Solis.*
iungatur, dein Soli exponatur splendissi-
mo: Si enim illius radii ollam superiorem
verberant, aqua stillabit optima in infe-
riorem.

Oleorum autē per descensum destilla- *Oleorum*
tio difficilior est, vixq; nisi magno cū ap- *destillatio-*
paratu, labore, & tempore perficitur. Est per descen-
so vero Chymicis valde familiaris, qui variis sum.
modis olea per descensum prolectant. Ita
enim vas, aliaq; instrumenta destillationi
inseruētia apparant, vt via non detur sur-
sum ascendēdi, sed velut colliquescat &
eductus humor deorsū instar filicidii ex-
udat. Locum habere solet in his, quæ calor
ascensoris destrueret, vel a fortib. sp̄isitib.
diffi-

Quomodo
*aqua destil-
lata inſol-
lante.*

*Varij destil-
lationis per
descensum
modi.*

Destillatio
per transfu-
tationem.

dissiparentur, antequam cōsistere possent. Huius autem destillationis variū tradūtur modi: Alia enim sit in fornace per trāfudationem, per quam humor prolestatus transudat, & guttatum in excipulū delabitur, igne supra adhibito: Alia quoq; sit per tranludationem, sed inhumando, quando scilicet fouea in terra excavatur, in quam demittitur olla, cuius orificio alterius olla fundum foraminulentum adaptatur, & optime coniungitur. Orificio vero superius superioris ollae materiam destillandā continentis operculo commodo tegitur, & firmiter agglutinatur; tum adhibita terra sepelitur utraque olla usque ad ventrem superioris; ita, ut commissura lateat: Dein ignis admouetur per gradus, pro destillandā materiæ conditione & natura. Res enim solidior maiorem postulat calorem, minus solida minorem.

Destillatio
per inclina-
tionem.

Est vero alia destillatio media inter ascensoriam & descensoriam, quæ sit per inclinationem, in qua scilicet parua sit eleuatio, indeque mox deorsum reflexio. Vocatur quoque destillatio per retortam, quia sit in bocca reflexa, in cuius curuatura spiritus coadunati descendere coguntur in receptaculum inferius locatum, & proboscidi retorta probe iunctum. Debet vero retorta in fornace, ut decet, extructa decumbere, cuius venter in catino arenario vel cinereo sepeliatur, & cornu per rimam extra propendeat.

Quando re-
torta in de-
stillationib.
vsurpante.

Porro solent usurpari retortæ in his, quæ difficilime ascendunt, ut in oleis metallicis & spiritibus mineralium, in quib. educendis, cū ignis sèpius vehementissimus desideretur, cauendū, ne retortæ disruptantur. Proinde antequam igni adhibeantur, luto, aut argilla aut alia conueniente materia debent incrustari, maxime vero, si ipsi nitrosa includantur, & sine intermedio cinere aut fabulo igni violentissimo adhibeantur. Sed quia noltri nō est in stirpsi, Spagyricorū destillationes recēdere, nec illorum matrialib., cucurbitas, ampullas, vasæ hermeticae, circulatoria, sublimatoria, ca-

tinos, ollas & fornaces describere, destillationis præcepta non vterius persequemur: hæc enim multo facilius & citius præxi & manuum actione ediscuntur. Plures autem non modo destillationes, sed præparationes aliae à Chymicis tradūtur, ut sublimatio, cohobatio, exhalatio, evaporation, exaltatio, & calidæ multæ, quarū pleni sunt eorum libri. Sublimatio dicitur, Sublimatio quando extractum vas partem sublimem attingit, ibique subsistit. Cohobatio, quando id, quod prolectum est, denuo capiti mortuo redditur. Caput vero mortuum Caput mortis est velut exuccafex, & expers qualitatum. tis excrementum: fit tamen interdū materia salis chymici. Exhalatio est spirituū sic: Exhalatio corum per calorē in aera dissipatio. Evap- poratio humidorum resolutio. Exhalatio Exaltatio. autem non idem ac sublimatio designat. Est enim artificio præparatio, per quam res quodammodo immutatur, ut ad altiorē substantię & virtutis dignitatem perducatur, ut cum rude quidpiam crudum ve maturatur & perficitur. Huic dicuntur inservire maturatio & gradatio; maturatio, digestio & aliquando circulatio. Maturatio est exaltatio è rudi crudove ad costū & magis elaboratum atq; perfectū. Digestio est maturatio simplex, per quam res incōcoctæ & intractabiles calore digestio coquuntur, & mitiores tractabilesque redduntur. Circulatio est liquoris puri per solutionem circularem, ope caloris in vase Hermetis, seu Pelicano, exaltatio. Gradatio vero propriæ ad metalla pertinet. Est enim illorū ad bonitatis & perfectionis gradum maiorem exaltatio, qua pondus, & color, & consistens ad excellentiorem gradum perducuntur. Sed ne longius à proposito digredi videar, Chymicis suas præparationes relinquam. Tractatio enim destillationum eo me impulit, ut hæc obiter attingerem, & velut parergon, ad latus, brevibus lineis de- pingerem.

FINIS LIBRI SECUNDI.

H 2 INSTI-